quando læſio cauſaretur ex ſola fragilitate mulieris, vel ruſticitate; ſecus vero ſi ex probabili ignorantia: nam tunc ex clauſula generali: *ſi qua mihi juſta cauſa videbitur*, reſtitutio concederetur, & idem reſolvit Felinus: (*d*) & Rolandus (*e*) intelligit hanc probabilem ignorantiam, quando Ruſticus, vel mulier non potuit conſulere peritiores, quia erant in remotis partibus, ubi cum difficultate poterat eos conſulere; ſecus ſi eſſet in loco, ubi copia peritorum eſſet: tunc enim non reſtitueretur ex illa clauſula generali, ſecundum Decium, (*f*) & Tiraquellum (*g*) aſſerentem, onus probandi incumbere aſſerenti, Ruſticum, vel mulierem potuiſſe conſulere peritiores: idem ſequitur Rolandus: (*h*) & aliam limitationem, ad hoc ut non reſtituatur Minor, vel Eccleſia, ponit Alex. Stiaticus, (*i*) qui alias limitationes adducit ad ſupradictam regulam, quòd publicatis atteſtationibus, amplius non admittuntur teſtes, quas colligit ex Jaſſone, (*j*) Felino, & aliis (*k*) limitantibus dictam regulam in cauſa matrimoniali: & tu collige octo declarationes hujus regulæ congeſtas per Menochium: (*l*) & alias quadraginta limitationes ad prædictam regulam ex Matienzo, (*m*) qui tractat, an prædictæ limitationes locum habeant, ſtante leg. Regia 3. tit. 8. lib. 3. Recopil.

147. Denique intellige, hanc publicationem faciendam eſſe per Judicem, qui de cauſa principali cognovit: 148. unde, quando ipſe Judex commiſsit, ſeu delegavit alteri receptionem, & examen teſtium, delegatus ille non poterit hanc publicationem facere; ſed tenetur examen teſtium clauſum remittere ad delegantem, coram quo publicatio erit facienda. (*n*) 149. Quæ publicatio, ut ſuprà diximus, fit ad effectum ut copia teſtium partibus detur, & partes opponere poſsint contra perſonas, & dicta teſtium, & ſuper eis diſputare, & de jure allegare: (*o*) 150. quod partes facere debent de *Jure Regio*, intra terminum ſex dierum in ipſamet publicatione præfixum: (*p*) Ideoque opportunè videndum erit de 9. Tempore.

EX NONO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 ADvocatus utriuſque partis, quæ attendere debeat, publicatione teſtium facta, ad allegationem, & diſputationem faciendam, traditur.

2 Advocatus utriuſque partis diligenter inſpicere debet mandatum adverſarii, an ſit ſufficiens, quando per procuratorem litigavit adverſarius.

3 Si Advocatus videret aliquem articulum probatum, debet eum ſignare in margine, cum aliquo charactere.

4 Teſtium contrarietas omnino vitanda eſt.

5 Fides unius teſtis ſupplet fidem alterius minus idonei.

6 Advocatus debet reſtitutionem petere adverſus omiſſam probationem, ſi pro tali perſona patrocinium præſtet, cui reſtitutio competit.

7 Repulſæ, ſeu exceptiones ſunt opponendæ intra ſex dies connumerandos à die intimationis proceſſus partibus factæ.

Repulſæ contra teſtes productos in prima inſtantia, qualiter, & quando poſsint opponi in cauſa appellationis.

Repulſæ in cauſa matrimoniali contra teſtes primæ inſtantiæ objiciuntur in qualibet inſtantia.

8 Etiamſi ſit perſona, quæ de jure reſtitui poſsit, nihilominus tamen non poterit reſtitui adverſus termini lapſum, ad opponendas teſtibus repulſas conceſsi.

9 Judex, cui de inhabilitate teſtium conſtat, poteſt eos abſque partium petitione ex officio repellere.

10 Quando inhabilitas teſtis reſpicit, non ſolùm odium ejus, verùm etiam favorem partis, Judex non poteſt eum ex officio repellere.

11 Teſtium infamiam non ſufficit Advocatum generaliter allegare.

Pars

(*d*) Cap. *Intimavit*, de *Teſtib.* n. 4. Salic. in leg. 1. col. 4. Cod. de *Jur. & fact. ign.* Barbac. in Repet. cap. *Raynaldus*, col. 50. in fin. & col. 152. in fin. Secund. limitat.

(*e*) In dict. quæſt. 10.

(*f*) In leg. *Juris ignorantia*, Cod. *Qui admitti.*

(*g*) In Tract. de Retract. §. 4. gloſſ. 7. n. 20.

(*h*) In dict. quæſt. 10. in fin.

(*i*) In Pract. Judic. cap. 18. n. 47.

(*j*) Leg. *Qui per ſalutem*, ff. de *Jurejur.* & Felin. in dict. cap. *Fraternitatis*, n. 5. & Bald. in cap. *Ultra tertiam*, n. 4. & 5. de Teſt. & ex Anton. de Butr. cap. *Ad petitionem*, de *Accuſ.* n. 14. ex Panorm. in cap. *Juravit*, de *Prob.*

(*k*) In cap. *Series*, de *Teſtib.*

(*l*) Lib. 1. de Arbitr. quæſt. 34. à n. 5.

(*m*) Ubi ſupr. in dict. 3. part. Dialog. cap. 51. n. 7.

(*n*) Secundùm Bart. in leg. *Cum ab initio* in fin. ff. *Quem adm. teſtam. aperiant.* & Marant. de Ord. Judic. 6. part. actu 2. n. 6. & plura de hac publicatione atteſtationum, ultra Doct. in ſupradictis locis citatos, vide apud Bald. in leg. *Per hanc*, Cod. de *Temp. appell.* col. pen. Ripam leg. 2. à n. 30. Cod. de *Edend.* & Alex. Stiaticum in ſua Pract. Jud. cap. 18. à n. 16. & Covar. in Pract. Quæſt. cap. 18. n. 6. verſ. Sexto.

(*o*) Juxta text. in cap. 2. de *Teſtib.* in 6. & in Auth. *Si teſtis productus*, Cod. de *Teſtib.* & in Extravag. *Ad reprimendum*, juncta gloſſ. verb. *Figura judicii.*

(*p*) Ut probat text. in leg. 1. tit. 8. lib. 4. Recop.

12 Pars porrigere debet libellum diſputationis, qui vulgo appellatur eſcrito de bien probado.

13 Libellus diſputationis, qui vulgo dicitur eſcrito de bien probado, *concipitur ſermone Hiſpano.*

14 Si pars non habeat repulſas adverſus teſtes, non addit clauſulam illam in libello, per quam exceptiones teſtibus objicit.

15 Libellus diſputationis ſermone Hiſpano conceptus explicatur: & jure probantur ſingulæ ejus clauſulæ.

16 Conteſtes debent eſſe teſtes, ut admittantur.

17 Teſtis non debet de auditu deponere.

18 In antiquis factis fidem faciunt teſtes de auditu deponentes.

19 Teſtis de vana credulitate deponens, non facit fidem.

20 Teſtis dictum non concludens, non facit fidem.

21 Solam teſtium depoſitionem non ſufficere, palam eſt.

22 Repulſæ ſunt teſtibus objiciendæ cum proteſtatione, quòd non objiciuntur animo eos injuriandi.

23 Si repulſæ intra ſex dies teſtibus oppoſitæ à Judice non admittantur, pars appellare poteſt.

24 In deteſtabilibus criminibus non admittuntur teſtium repulſæ.

25 In ſummariis cauſis non admittitur teſtis repulſa.

26 Adducens aliquem teſtem pro ſe, non poteſt eum contra ſe repellere.

27 Per ſolam teſtis productionem videtur teſtis approbatus à producente, quamvis eo non utatur.

28 Si nova repulſa teſtibus ſupervenerit, poteſt pro ſe eos producens, contra ſe poſtea reprobare.

29 Dicta teſtium bene poteſt quis contra ſe reprobare, quamvis eoſdem pro ſe antea produxerit.

30 Teſtes, quibus probantur teſtium exceptiones, reprobari non poſſunt.

31 Infinitas eſt vitanda.

32 Ad probandas repulſas teſtium, pars admitti non debet, niſi elapſis quindecim diebus poſt publicationem.

33 Judex debet admittere partes ad exceptionum probationem.

34 & 35. Sententia, per quam partes recipiuntur ad probandas repulſas teſtium, ſermone Hiſpano compoſita.

36 Interrogatorium ſuper repulſis teſtium ſermone Hiſpano compoſitum.

37 Teſtes producti ad probandas repulſas teſtium, jurare, & examinari debent, ſicut teſtes in negotio principali producti, & eorum publicatio fieri debet.

38 Repulſæ contra teſtes probantes repulſas teſtium cauſæ principalis, admitti non debent.

39 Repulſis teſtium planè probatis, Judex curare non debet de generali probatione facta ſuper bonitate teſtium reprobatorum, niſi ſpecifice bonitas probaretur, & repulſæ excluderentur, coarctando negativam loco, & tempore.

40 Quilibet præſumitur bonus, niſi contrarium probetur.

41 Teſtis de crimine emendatus, ad teſtificandum admittitur.

42 Omnibus concluſis, utraque pars concluſionem cauſæ petere debet.

NONUM TEMPUS.

DISPUTATIONIS, ET ALLEGATIONIS.

1. FActa teſtium publicatione, Advocatus utriuſque partis diligenter proceſſum videat, conſideretque allegationes, & probationes utriuſque partis, & ſuper eis diſputet, & alleget: in primis conſiderando, an ejus clientulus ſit actor, vel reus, & an pars adverſa per procuratorem litigaverit: 2. quo caſu videre debet mandatum, utrum ſit ſufficiens, necne: & an pars adverſa habeat perſonam legitimam ſtandi in judicio. Deinde inſpiciat probationis ſui clientuli, & an articuli ejus poſiti fuerint propoſitionibus parti adverſæ: videatque, an pars adverſa fuerit confeſſa prædictos articulos. Poſtmodum videat atteſtationes in articulis principalibus actionis, vel exceptionis: 3. & ſi invenerit aliquem articulum probatum, illum in margine ſignet aliquo charactere: & ſi teſtes ſuæ partis in aliquo articulo diſcordent, curet eos componere: 4. quia contrarietas teſtium omnino vitanda eſt. (*a*) Similiter advertat, quod ſi in favorem ſui clientuli fuerit productus aliquis teſtis minus idoneus cum alio teſte omni exceptione majori, concordante cum depoſitione illius teſtis minus idonei, 5. quod tunc fides unius ſupplet defectum alterius. (*b*) Deinde advertat Advocatus, an pars ejus ſit perſona,

quæ

(*a*) Juxta text. & ibi Doct. in cap. *Cum tamen*, de *Teſtib.*

(*b*) Secundùm Hyppol. in leg. de *Minore*, §. *Tormenta*, ff. de *Quæſt.* col. 2. in fin. per doctrinam Bald. & Ang. in leg. *Si quis ex argentariis*, §. 1. ff. de *Edend.* & idem firmat Jaſſ. in leg. *Dictantibus*, col. 2. Cod. de *Teſtam.* & Curt. in Tract. de Teſt. col. 1.

quæ beneficio reſtitutionis guadere debeat ; *6.* nam ſi ejus intentio plenè probata non fuerit, debet tunc reſtitutionem petere adverſus omiſſam probationem , ut ſuprà reſolvimus in fine 8. Temporis.

Poſtmodum Advocatus recurrat ad inſpectionem probationis partis adverſæ , & ſi invenerit intentionem ſuam probatam , curet eam deſtruere, objiciendo repulſas contra perſonas, & atteſtationes ſuorum teſtium : 7. quæ repulſæ opponendæ ſunt de *Jure hujus Regni* , intra ſex dies publicationis connumerandos à die intimationis factæ partibus , vel eorum procuratoribus , tàm in prima , quàm in ſecunda inſtantia ; alioquin elapſis illis ſex diebus, repulſæ non ſunt admittendæ , & ſi Judex viderit eſſe tales , quæ debeant admitti , ſententiam interlocutoriam proferre debebit , qua partes ad earum probationem ſuſcipiet , aſsignando terminum peremptorium non excedentem dimidietatem termini probatorii conceſsi in negotio principali , intra quem prædictæ repulſæ erunt probandæ. (*c*)

De *Jure* tamen *communi* , opponendæ erant ante publicationem teſtium , juxta formam præſcriptam in cap. *Præſentium*, de *Teſtib.*(*d*)& erant probandæ ante ſententiam , id eſt , ante concluſionem in cauſa : (*e*) & Covarruvias (*f*) diſputat , an in ſecunda inſtantia appellationis poſsint objici repulſæ contra teſtes productos in prima inſtantia , & in ea fuerunt omiſſæ , & in partem negativam magis ſe inclinat , certò certiùs affirmans, in ſecunda inſtantia appellationis non poſſe opponi objectiones contra teſtes , in prima inſtantia ante ſententiam productos , ſi velit quis eas objicere intra terminum conceſſum in ſecunda inſtantia, ad reprobandos teſtes productos in illa ſecunda inſtantia : nam illa dilatio datur tantum , ad illos teſtes productos in ſecunda inſtantia reprobandos,& non ad reprobandos teſtes primæ inſtantiæ : & refert ſtylum Granatenſis Prætorii, qui in hoc obſervatur, aſſerens in libello , quo coram Judice appellationis gravamina proponuntur , & allegantur adverſus ſententiam Judicis inferioris , poſſe objici repulſas contra teſtes productos in prima inſtantia , ut probari poſsint intra dilationem datam, ad probanda ipſa gravamina ſententiæ, per Judicem appellationis , ſicque praxim Granatenſis Prætorii obſervare : & ad eam praxim reduces opinionem Gloſſæ , (*g*) dum prædicta Gloſſa, & ejus ſequaces probant, repulſas contra teſtes productos in prima inſtantia poſſe objici in cauſa appellationis, quæ opinio obtinet , & in *praxi* debet recipi , quando ſtatim in libello gravaminum opponuntur. Cæterùm ſi repulſæ opponerentur contra teſtes productos in prima inſtantia , intra terminum conceſſum in ſecunda inſtantia, ad reprobandos teſtes productos in eadem ſecunda inſtantia , tunc non erunt admittendæ à Judice appellationis , & ad hanc ſpeciem reduces opinionem gloſſæ , (*h*) Andreæ de Iſernia , (*i*) Guid. Papæ (*j*) aſſerentium , repulſas in teſtes productos in prima inſtantia, non poſſe opponi in cauſa appellationis , quam opinionem in Neapolitano Prætorio fuiſſe receptam , aſſeverat Matth. de Afflictis, (*k*) & in *praxi* ſervari firmat Maranta , (*l*) & veriorem eſſe teſtatur Covarruvias: (*m*) quam proculdubio in *praxi* recipere poteris, quando quis vellet repulſas contra teſtes productos in prima inſtantia objicere in ſecunda inſtantia , intra terminum datum ad reprobandos teſtes productos in illa ſecunda inſtantia.

At verò in cauſa matrimoniali exceptio falſitatis contra teſtes poſt ſententiam , & in infinitum poſſe objici , firmat Gloſſa , (*n*) cum appareat, falſitate probata, Eccleſiam fuiſſe deceptam , ac proinde ſententia erit retractanda : (*o*) imo exceptiones , & repulſas in perſonas teſtium in cauſa matrimoniali poſſe objici poſt ſententiam , etiam à qua non fuit appellatum , tenet Panormitanus , (*p*) & opinio Panormitani verior videretur , non ex ratione , qua ipſe utitur , ſcilicèt , quòd in cauſa matrimoniali ſententia nunquam tranſiit in auctoritatem rei judicatæ, ut communiter om-

(*c*) Juxta text. in leg. 1. tit. 8. lib. 4. Recop.

(*d*) Tradunt Panorm. n. 3. Dec. n. 2. & Mant. n. 9. in cap. 1. de *Except.* poſt gloſſ. 1. ibi : Quam dicit communiter receptam Lanfranc. de Oriano Tract. de Teſtib. n. 65. Vol. 5. Tract. Diverſor. Doct. & Marant. de Ord. Judic. 3. part. actu 13. n. 8.

(*e*) Ut probatur in cap. 1. de *Except.* cap. *Cum dilectus*, de *Fide inſtrum.* notant Panorm. & omnes dict. cap. 1.

(*f*) In Pract. Quæſt. cap. 18. n. 5.

(*g*) In cap. 1. de *Except.* verb. *Poſt ſententiam.* receptam à Panorm. n. 8. Dec. n. 5. Pariſ. n. 5. & Mant. n. 22. ibi. Matth. de Afflict. in Conſt. Neapol. lib. 2. conſt. ultim. num. 13. & à Guid. Pap. in Deciſ. Delphinatus, quæſt. 500.

(*h*) In cap. 2. verb. *Ad Kalendas* , de *Teſtib.* in 6.

(*i*) In Conſtit. Neap. lib. 2. conſtit. ultim. n. 6. Aretini in cap. *Ex parte* à n. 31. de *Teſtib.*

(*j*) Ubi ſupr. Cornei conſil. 319. n. 18. lib. 1.

(*k*) In Deciſ. Neapol. deciſ. 266.

(*l*) De Ordin. Judic. 6. part. actor. 13. n. 13.

(*m*) Ubi ſupr. & tenendam fore credit Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 943. verſ. dubitatur.

(*n*) In dict. cap. 1. de *Except.* verb. *Poſt ſententiam.*

(*o*) Juxta text. in cap. *Lator* , cap. *Conſanguinei* , de *Re judic.* firmant Panorm. n. 16. Dec. n. 4. & Mant. n. 16. in dict. cap. 1.

(*p*) Num. 10. in dict. cap. 1. contra Decium ibi , n. 4.

nes reſolvunt : (*q*) nam verius eſt , ſententiam latam in cauſa matrimoniali , à qua non fuit appellatum , tranſire in auctoritatem rei judicatæ , quia ſententia dicitur tranſire in auctoritatem rei judicatæ,à qua poſt decem dies non poteſt appellari ; (*r*) ſed à ſententia lata in cauſa matrimoniali poſt decem dies non poteſt appellari , nec per viam appellationis poteſt retractari , (*ſ*) ſed nova querela , novoque libello propoſito , agendum eſt de retractatione prædictæ ſententiæ : (*t*) ex quibus conſtat infirmam eſſe rationem Panormitani , (*u*) ac proinde alia ratione dicendum eſt , exceptiones in perſonas teſtium in cauſa matrimoniali admittendas eſſe poſt ſententiam , etiam à qua non fuit appellatum , ſcilicèt , quia tale vitium eſt irremiſsibile conſenſu partium , cum matrimonium bene contractum diſſolvere nequeant: (*x*) idcirco novo judicio inchoato , coram eodem Judice poſt ſententiam agendum erit de exceptionibus in perſonas teſtium , (*y*) & ita eſt obſervandum , quamvis Gloſſa (*z*) aliter teneat.

Regulariter tamen repulſæ in dicta & perſonas teſtium objici debent , ut ſuprà reſolvimus. 8. Quinimò , minor vigintiquinque annis , Eccleſia , vel alia quæcunque perſona privilegiata non poterit reſtitutionem petere , adverſus terminum illum elapſum conceſſum , ad probandas repulſas teſtium , nec talis reſtitutio eis danda erit , ut firmat Capella Toloſana. (*a*) 9. Tamen ſi ex actis ipſius proceſſus Judici conſtet de inhabilitate teſtium : Judex ipſe *ex officio* poterit teſtes repellere , quamvis repulſæ à parte non fuerint oppoſitæ. (*b*) Quod intellige verum eſſe , quando inhabilitas teſtis concerneret ſolummodo odium ejus , ut puta , quia infamis , ebrius , furioſus , vel alium ſimilem defectum pateretur ; 10. ſecus eſſet, quando inhabilitas concerneret non tàm odium teſtis , quàm favorem partis adverſæ objicientis repulſas , ut quia inimicus , familiaris , vel alium ſimilem defectum haberet , tunc enim Judex *ex officio* non repellet illum. (*c*)

11. Inſuper Advocatus advertat , non ſufficere repulſas teſtium in genere objicere , ut putà dicendo , teſtem eſſe criminoſum , infamem , perjurium , aut excommunicatum : ſed requiritur , quòd in ſpecie exprimat , & declaret delictum , & cauſam , ex qua ſequuta fuit infamia , vel excommunicatio , & in quo negotio falſum teſtimonium dixit. (*d*) 12. Et omnibus ſuprà dictis , & aliis per Advocatos partium conſideratis , tunc utraque pars porrigit libellum diſputationis , ſeu allegationis ſuper ſuis probationibus ; quæ libellum vulgò appellamus *eſcrito de bien probado* , & erit formandus modo ſequenti , mutatis mutandis.

ESCRITO DE BIEN PROBADO.

Iluſtre Señor.

13 ,, Pedro , en la cauſa con Gerony-
,, mo , digo : que ſiendo viſto por Vmd.
,, el preſente proceſſo , hallarà mi intencion,
,, y demanda bien, y cumplidamente proba-
,, da, con eſcrituras autenticas , y con mucho
,, numero de teſtigos mayores de toda ex-
,, cepcion : y en particular pruebo , que Juan
,, me debia cien ducados, que por el mes de
,, Marzo proximo paſſado de eſte preſente año
,, le empreſtè , y èl ſe me obligò de me los
,, bolver , y pagar , como conſta de lo que los
,, teſtigos por mì preſentados reſponden à la
,, ſegunda pregunta de mi interrogatorio. Prue-
,, bo tambien , como al principio del mes de
,, Mayo proximo paſſado de eſte preſente año,
,, vino à mì el dicho Geronymo, y ſe me conſ-
,, tituyò por deudor , y pagador de los di-
,, chos cien ducados , que me debia el dicho
,, Juan, y dixo , que los queria pagar por èl,
,, y yo lo aceptè , como conſta de lo que los
,, teſtigos por mì preſentados reſponden à la
,, tercera pregunta del dicho interrogatorio.
,, Y aſsimiſmo pruebo , que el dicho Juan , de-

(*q*) In dict. cap. *Lator* poſt gloſſ. ibi , verb. *Permanere*,

(*r*) Juxta text. in cap. *Quod ad conſulationem*, de *Sentent. & re jud.*

(*ſ*) Secundum Panorm. n. 10. Felin. n. 4. in dict. cap. *Lator* , & alii plures, quos refert, & ſequitur Covar. in 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 12. n. 12.

(*t*) Ut argum. eorum, quæ notat gloſſ. in cap. *Ad reprimendum* , de *Offic. Ordin.* firmant Panorm. Felin. & Covar. ubi ſupr.

(*u*) In dict. cap. 1. n. 10.

(*x*) Juxta illud Matth. cap. 19. *Quos Deus conjunxit , homo non ſeparet* , & habetur in cap. *Licèt ex quadam* in fin. de *Teſtib.*

(*y*) Ut probatur in dict. cap. *Lator* , cap. *Conſanguinei* , & reſolvit Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 12. n. 12.

(*z*) In dict. cap. 1. de *Except.* verb. *Poſt ſententiam.*

(*a*) Deciſion. 53. & Palac. Rub. in Repet. cap. *Per veſtras*, §. 26. n. 13. de *Donat. inter vir. & uxor.* & Boer. in deciſ. 245. n. 7.

(*b*) Secundùm Felin. & omnes in cap. *Intimavit* , de *Teſt.* & Jaſ. in Repet. leg. *Admonendi* , n. 14. ff. de *Jurejur.*

(*c*) Secundùm Bald. in leg. *Si quis teſtibus* , num. 7. Cod. de *Teſtib.* & Anton. de Butr. in cap. *Bonæ* , de *Elect.* col. 6.

(*d*) Juxta text. in cap. *Præſentium* , verſ. 1. *Tamen* , de *Teſtib.* in 6. & tradunt communiter Doct. ſecundùm Decium in cap. 1. n. 6. de *Except.* Boer. in deciſ. 321. Marant. de Ordin. Judic. 6. part. actu 13. n. 5. Expreſsè de *Jur. Reg.* probatur in leg. 2. tit. 8. lib. 4. Recop. Ubi præſcribitur qualiter repulſæ teſtium ſint objiciendæ.

,, màs de los dichos cien ducados, me debia
,, otros doſcientos ducados, por razon de una
,, heredad, que le vendì: los quales le per-
,, donè, y remitì por cierto pacto, y conve-
,, niencia, y me quedò debiendo los cien du-
,, cados del dicho empreſtido, como declaran
,, los teſtigos por mì preſentados, reſpondien-
,, do à la quarta, y quinta preguntas de mi
,, interrogatorio. Otrosì pruebo, que paguè
,, al dicho Geronymo los doſcientos ducados,
,, que me empreſtò, y ahora menos bien me
,, pide por reconvencion, como conſta de lo
,, que declaran mis teſtigos, reſpondiendo à la
,, ſexta pregunta de mi interrogatorio: de lo
,, qual conſta, eſtàr mi intencion, y demanda,
,, bien, y cumplidamente probada. A lo qual
,, no obſta, ni prejudica, lo que la parte con-
,, traria pretendiò probar, que no probò; por-
,, que ſus teſtigos ſon varios, y ſingulares: de-
,, ponen de oìdas, y vanas creencias: no con-
,, cluyen, ni dàn razon de ſus dichos: ſon
,, parientes, criados, y familiares, y paniagua-
,, dos, y intimos amigos del dicho adverſo,
,, y como tales no hacen fé, ni prueba: y
,, aſsi los tácho, y contradigo. Y en particu-
,, lar, no me daña, ni prejudica el dicho de Fu-
,, lano, porque es mi enemigo capital, por
,, haver reñido conmigo por tal coſa, y me
,, quiere mal de muerte, y ſe preſume, que
,, apaſsionadamente dixo contra mì ſu dicho:
,, y aſsi lo tácho, y contradigo, con juramen-
,, to, y proteſtacion, que ante todas coſas
,, hago, que la dicha tácha, ni las demàs,
,, que puſiere contra los demàs teſtigos, no
,, las pongo con animo de injuriar à alguno
,, de ellos, ſino porque aſsi cumple à mi juſ-
,, ticia. Tampoco me daña el dicho de Fula-
,, no, porque ſe perjurò en tal cauſa, y por
,, tal fué acuſado, y dado por perjúro: y aſ-
,, ſi le tácho, y contradigo, porque ſe preſu-
,, me haver dicho en eſta cauſa lo contrario
,, de la verdad. Item, no me daña el dicho de
,, Fulano, porque al tiempo que lo dixo, eſta-
,, ba deſcomulgado de excomunion mayor por
,, tal Juez, en tal cauſa, à pedimento de Fu-
,, lano, y aſsi lo tácho. Otrosì, no me prejudi-
,, ca el dicho de Fulano, por ſer infame, y que
,, frequenta las tabernas, y ſe ſuele, y acoſtum-
,, bra à embriagar: y finalmente no me daña
,, el dicho de Fulano, porque es ſolo, y ſin-
,, gular en ſu dicho, y por tal lo tácho, y
,, contradigo. Y hallarà Vmd. que los teſtigos
,, por mì preſentados ſon fidedignos, y lega-
,, les, de mucha autoridad, fé, y credito,
,, muy buenos Chriſtianos, temeroſos de Dios,
,, y de ſus conſciencias, perſonas graves, y
,, honradas, y tales, que debaxo de jura-
,, mento no diràn, ni pondràn lo contrario
,, de la verdad. Por que pido à Vmd. haga ſe-
,, gun, y como en mi demanda pedido tengo,
,, ſobre que pido cumplimiento de juſticia, y
,, el oficio de Vmd. imploro, y las coſtas pro-
,, teſto: y pido ſer recebido à la prueba de ta-
,, chas de los teſtigos contrarios, y abonos de
,, los mios: y júro à Dios, y à eſta ✠ que las
,, dichas tachas no pongo de malicia, ni por
,, injuriar à alguno de los dichos teſtigos, &c.

14. Quando autem pars non habet aliquas repulſas contra perſonas teſtium, & eorum dicta in ſpecie, tunc non ponitur ſupradicta clauſula, per quam objiciuntur repulſæ teſtibus; ſed ſtatim ponitur alia clauſula, nempè: *Y negando lo prejudicial, conclúyo para ſentencia difinitiva, &c.* De qua clauſula dictum fuit ſuprà, in 7. Tempore, in libello duplicationis actoris.

Et ſi aliqua pars ex litigantibus judicem ſuſpectum habuerit, aliquando eum recuſat in fine ſupradicti libelli, forma ſequenti.

,, Otrosì, hablando con el acatamiento
,, debido, digo: que para la determinacion
,, de eſta cauſa tengo à Vmd. por ſoſpechoſo,
,, y à las demàs Juſticias ſeglares de eſta Ciu-
,, dad, y à F. y à F. Letrados, y por tales los
,, recuſo, y pido, que Vmd. ſe acompañe
,, conforme à la ley; donde no, lo contrario
,, haciendo, proteſto la nulidad de ello, y lo
,, que en tal caſo proteſtar me conviene, y
,, pidolo por Teſtimonio, &c.

De qua recuſatione erit reſolvendum infra 10. Tempore, ubi latius erit dicendum. Sedſi pars habuerit repulſas adverſus perſonas, & dicta teſtium, libellus erit concipiendus modo ſupradicto, cum prædicta proteſtatione: qui erit explicandus modo ſequenti.

EXPOSITIO LIBELLI DE BIEN *probado.*

15. Diximus: *ſon varios, y ſingulares, &c.* 16. Hæc repulſa probatur, (* ex eo quod teſtes debent eſſe conteſtes, ut admittantur, & fidem faciunt. (e)

17. Diximus: *deponen de oìdas, &c.* hæc repulſa probatur in leg. *Teſtium*, & ibi gloſſ. Cod. de *Teſtib.* (f) & in leg. 28. tit. 16. Part. 3. ubi dicitur, quod teſtis deponere debet de viſu, & de iis, quæ in ejus præſentia facta ſunt, & quæ aliquo ſenſu corporeo percepit. (g) 18. In factis autem antiquis teſtis de auditu fidem facit, (h) quod tamen intellige verum, ſi fama & alia adminicula concurrant cum teſtibus deponentibus de auditu; (i) Molineus tamen (j) hanc communem interpretationem admittit, quando ſolummodo agitur de probando aliquid, cujus initii memoria hominum non eſt in contrarium: tunc teſtimonium de auditu cum aliis adminiculis admittendum erit; non ſic, quando ageretur de probando aliquo actu minus antiquo: benè verum eſt, quod teſtis de auditu facit aliqualem præſumptionem. (k)

(e) Juxta text. in cap. *Licèt cauſam*, & in cap. *Tam litteris*, & ibi omnes, Extra de *Teſtib.* & in leg. *Ob carmen*, §. fin. & in leg. *Qui falſo*, ff. de *Teſtib.* Tradit Boerius in deciſion. 342. poſt Bartol. in leg. *Eos*, ff. *Ad leg. Cornel.* de *Falſ.* & Bald. leg. *Teſtium*, Cod. de *Teſtib.*

(f) In cap. *Tam litteris*, cap. *Licèt ex quadam*, de *Teſtib.*

19. Diximus: *y vanas creencias, &c.* Et hæc repulſa probatur in cap. *Tertio loco*, de *Præſumpt.* (l) quod eſt verum, niſi deponens de credulitate, concludentem rationem reddat, quia tunc benè probat. (m) Et hinc eſt, quod licet teſtis de credulitate admittatur, ad probandam innocentiam alicujus, ut reſolvit Decius; (n) id tamen verum eſt, ſi rationem concludentem reddat. (o)

20. Diximus: *no concluyen, &c.* Et hæc repulſa probatur in cap. *In præſentia*, (p) Extra de *Probat.*

21. Diximus: *ni dàn razon de ſus dichos, &c.* Hæc repulſa probatur in cap. *Cum cauſam*, & ibi gloſſ. verb. *De cauſis*, Extra de *Teſtib.* (q) & in leg. 26. & 28. tit. 16. Part. 3. (r)

Diximus: *y en particular no me daña, &c.* De his repulſis ſpecialiter oppoſitis erit videndus totus tit. 16. Part. 3. (ſ) 22. quæ repulſæ in ſpecie opponendæ ſunt cum juramento, & proteſtatione, quòd non animo teſtibus injuriam inferendi, illas opponit, ut in prædicto libello diximus, ibi: *Con juramento, y proteſtacion, que ante todas coſas hago, &c.* (t) nam licet objiciens repulſam criminis, vel infamiæ teſti, & non probans, actione injuriarum non teneatur, ſecundum Baldum, & Angelum; (u) tamen plures alii (x) contrarium tenent: ac ideo optima cautela erit, quod repulſæ ſemper objiciantur, cum prædicto juramento, & proteſtatione, (y) præſertim, quando crimen objectum pertinens ſit ad repellendum teſtem, quo caſu prædicta proteſtatio relevat proteſtantem. (z)

23. Advertendum erit, quòd repulſæ teſtium in omnibus cauſis ſunt admittendæ à Judice, ſi intra terminum ſex dierum oppoſitæ fuerint: nam licèt repulſa ſit odioſa, & reſtringenda; (a) tamen regulariter eſt permiſſa: (b) ac ideò pars objiciens appellare poterit à denegatione admiſsionis. (c) 24. In cauſis tamen hæreſeos, læſæ Majeſtatis humanæ, blaſphemiæ, & in cauſis ſummariis repulſæ teſtium non admittuntur, (d) & de iſto articulo in cauſa hæreſis erit dicendum, ut reſolvit Simancas. (e) 25. At verò in his cauſis exceptis repulſa inimicitiæ capitulis benè admittitur. (f)

Circa ſupradicta adverte, quod producens teſ-

(g) Ut tradit Marant. de Ordin. Judic. 6. part. act. 6. à n. 9. & actu 12. n. 3.

(h) Secundum gloſſ. in leg. *Si arbiter*, ff. de *Probat.* quam ibi teſtatur communiter receptam Florian. n. 5. Dec. conſil. 148. n. 5. 1. part. & in conſ. 321. n. 8. 2. part. Alex. conſ. 116. n. 8. vol. 5. & probatur in leg. 29. tit. 16. Part. 3. & ibi notat Greg. Lup. Et ad hunc caſum rediguntur plures alii, quos congerit Speculat. tit. de Teſte, §. 1. n. 54. ſecundum Greg. Lup. dict. leg. 29. in gloſſ. 3.

(i) Ut probatur in cap. *Cum cauſam*, de *Probat.* & firmant Hoſt. & Joan. Andr. dict. cap. *Licet ex quadam*, ubi hanc teſtatur communem opinionem Aret. col. 3. ſequitur Greg. Lup. in dict. leg. 29. in gloſſ. 2. & ibi iſte intellectus probatur.

(j) In Conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 5. n. 63.

(k) Secundùm Archid. in cap. *Hoc videtur* 22. quæſt. 5. col. 1. ſeq. Alex. conſ. 77. vol. 1. n. 4. & Greg. Lup. in leg. 28. tit. 16. Part. 3. gloſſ. 1.

(l) De qua erunt videndi Panorm. Aret. & Fel. in cap. *Quoties*, de *Teſtib.* Jaſſ. in Rubr. ff. de *Jurejur.* Boſ. Tract. Cauſar. Crim. in cap. de Oppoſitionibus contra teſtes, n. 42. & Vivius lib. 1. Commun. Opinion. opinione 372.

(m) Ut in leg. 1. §. 1. ff. de *Vent. inſpic.* cap. *Litteris*, de *Præſumpt.* tradit Anton. de Butr. dict. cap. *Quoties*, col. pen.

(n) Conſil. 469. n. 8. part. 4. conſ.

(o) Ex Alex. conſ. 76. in fin. & conſ. 109. n. 8. vol. 1.

(p) Et ibi Felin. n. 13. & Aug. Beroius n. 13.

(q) Et in cap. *Sicut*, de *Re judic.*

(r) Et tradit latè Felin. in dict. cap. *Sicut*, & in dict. cap. *Cum cauſam.*

(ſ) Et ibi Greg. Lup. & apud Luſit. tit. 44. lib. 3. & Simanc. de Cathol. Inſtit. ſub tit. 84. de Teſt. n. 76.

(t) Et ita tradit Soc. in conſt. 118. col. 3. & 4. vol. 1. & Marant. de Ordin. Judic. 6. part. act. 13. n. 3. & 13.

(u) In leg. fin. ff. *Quod quiſq. jur.* & ibi Zaſ. lect. 2. n. 5. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 939. verſic. Tertio nam.

(x) Relati, atque recepti à Felin. in cap. 1. n. 18. de *Except.* & Didac. Perez ubi ſupr. col. 938.

(y) Secundum Bald. & Didac. Perez ubi ſupr. col. 942.

(z) Secundum Julium Clar. lib. 5. Sentent. §. Injuriam 3.

(a) Ut reſolvit Marant. ubi ſupr. in loco proximè citato, num. 7.

(b) Secundum eundem Marant. in dict. loco 16.

(c) Juxta text. ſic communiter intellectum in cap. *Ex parte* 7. Extra de *Teſtib.*

(d) Ut cum pluribus reſolvit Marant. de Ord. Judic. 6. part. 13. act. à n. 16. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 25. gloſſ. 1. n. 8.

(e) De Inſtit. Cathol. tit. 64. de Teſtibus, n. 8.

(f) Juxta text. in cap. *Per tuas*, de *Simon.* & notat Bart. in leg. *In quæſtionibus*, ff. *Ad leg. Juliam Majeſt.* Thom. Grammaticus conſ. 15. n. 12. Foler. in Practic. Crim. 2. part. 2. partis in Rubric. concedatur repulſa, n. 4.

teſtem pro ſe, non poterit illum reprobare, nec aliquam repulſam eidem objicere: nam per productionem, viſus eſt illum approbaſſe; ideo volens poſtmodum repulſam opponere adverſus eum, audiendus non erit, tanquam ſibi contrarius: (*g*) quod verum eſt, etſi teſtis ille poſtea contra eundem producentem per aliam perſonam producatur, (*h*) 27. nam per ſolam productionem teſtis videtur approbatus à producente, quamvis poſteà eo non utatur. (*i*) 28. Quam tamen reſolutionem intellige veram eſſe, niſi poſt productionem oriretur nova cauſa, nam tunc reprobari poterit. (*j*) Rurſus intellige prædictam reſolutionem veram eſſe, quoad repulſas contra perſonas teſtium; 29. cæterùm quoad repulſas depoſitionum teſtium, producens benè poterit teſtes à ſe productos reprobare, quoad eorum dicta, nempè probando, illos falſum dicere. (*k*) 30. Tandem adverte teſtes, quibus, probantur repulſæ teſtium, reprobari non poſſe, nec adverſus eos repulſas objici: 31. nam eſſet procedere in infinitum. (*l*) Adverte denique, quod de *Jure Regio* pars objiciens repulſas contra teſtes, non eſt admittenda ad earum probationem, niſi elapſis quindecim diebus poſt factam publicationem, etiam quando reſtitutio in integrum *adverſus omiſſam probationem* per aliquam perſonam privilegiatam petita fuerit. (*m*)

33. Oppoſitis repulſis contra perſonas, ſeu atteſtationes teſtium, ſi Judici viſum fuerit, eas legitimas eſſe, & admittendas, tunc debet partes recipere ad repulſarum probationem, aſsignando terminum peremptorium, qui terminus excedere non debet dimidietatem termini præfixi in negotio principali, (*n*) & ſententiam interlocutoriam proferet modo ſequenti.

34. SENTENTIA PER QUAM PARTES recipiuntur ad repulſarum probationem.

35. En Salamanca, à veinte y quatro dias „ del mes de Diciembre de 1581. años, el Se„ ñor Alcalde Mayor, haviendo viſto lo pe„ dido, y alegado por parte de Pedro, ſobre „ las tachas, que puſo contra los teſtigos en „ eſta cauſa preſentados por parte de Gero„ nymo, dixo: que debia de recebir, y reci„ biò las dichas partes à prueba de las tachas, „ y abonos de ſus teſtigos, y para ello le daba, „ y aſsignaba, diò, y aſsignò la mitad del „ termino probatorio, que en eſte pleyto en „ la cauſa principal le fuè dado, que ſon tan„ tos dias: aſsi lo pronunciò, y mandò por „ ſu ſentencia. Teſtigos F. y F.

Hæc ſententia intimatur per tabellionem utrique parti, & tunc quælibet pars porrigit ſuos articulos: pars opponens repulſas, producit articulos ſuper eiſdem repulſis, & ſuper fide, & bonitate ſuorum teſtium; pars verò adverſa producit articulos ſuper integritate, & fide ſuorum teſtium, modo, & forma ſequenti.

INTERROGATORIO DE TACHAS de Teſtigos.

36. „ Preguntas por parte de Pedro, ſo„ bre las tachas de los teſtigos preſentados por „ parte de Geronymo, y ſobre el abono de „ ſus teſtigos, &c.

I. „ Primeramente, ſean preguntados los „ teſtigos por el conoſcimiento de las partes „ litigantes, y ſi conoſcen à F. y à F. teſtigos „ en eſta cauſa, preſentados por parte de Ge„ ronymo, y à F. y à F. teſtigos preſentados „ en eſta cauſa por parte del dicho Pedro; y „ ſi tienen noticia de eſta cauſa, &c.

II. „ Item, ſi ſaben, que F. teſtigo pre„ ſentado por parte del dicho Geronymo, es „ enemigo capital del dicho Pedro, y lo era „ antes, y al tiempo que dixo ſu dicho en eſta „ cauſa, por haverle dado el dicho Pedro un „ bofeton: y aſsi le quiere mal de muerte, „ y ſe preſume, que diria ſu dicho en eſta cau„ ſa apaſsionadamente contra el dicho Pe„ dro, &c.

III. „ Item, ſi ſaben, que F. teſtigo preſen„ tado por parte del dicho Geronymo contra „ el dicho Pedro, antes, y al tiempo que dixo „ ſu dicho en eſta cauſa, havia ſido perjuro, „ y jurò falſo en tal cauſa. Por lo qual tal „ Juez le ſentenciò à quintar los dientes, y „ à cien azotes, y es público, y notorio, „ &c. *Et ita de ſingulis repulſis erit articulandum.*

„ Item,

(*g*) Juxta text. & ibi Bald. in leg. *Si quis teſtibus*, Cod. de *Teſtib.* & text. in cap. *De teſtibus*, & ibi Panorm. & Felin. Extra de *Teſtib.* & communiter omnes ex Marant. de Ordin. Judic. *6.* part. act. 13. n. 10. probat leg. 31. tit. *16.* Part. 3. & notat Rojas in ſing. *199.*

(*h*) Secundum Joan. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de Teſte, §. Sæpè, verſic. Quod ſi produxit.

(*i*) Ut tenet Felin. in cap. *Præſentium*, col. 3. verſ. Habet locum, Extra de *Teſt.* & Joan. Andr. ubi ſupr.

(*j*) Juxta text. in dict. leg. *Si quis teſtibus.*

(*k*) Secundum Panorm. in dict. cap. *Præſentium*, col. 3. & 4. & Marant. ubi ſupr. n. 12.

(*l*) Prout probat text. in cap. *Licèt* 3. Extra de *Teſtib.* & ibi Panorm. & Felin. plures limitationes ponens, & idem firmat Joan. Monach. cap. *Præſentium*, de *Teſt.* in *6.* explicant Aret. & Dec. in dict. cap. *Licèt* 3. & eſt text. in cap. 2. de *Teſtib.* in *6.*

(*m*) Juxta text. in leg. 3. tit. 8. lib. 4. Recop.

(*n*) Juxta dict. leg. 3. tit. 8. lib. 4. Recop.

IV. „ Item, ſi ſaben, que F. y F. teſtigos „ preſentados por parte del dicho Pedro, an„ tes, y al tiempo que dixeron ſus dichos, „ eran hombres honrados, buenos Chriſtia„ nos, temeroſos de Dios, y de ſus conſcien„ cias, y Hijoſdalgo, y tales, que debaxo de „ juramento no dirian, ni depondrian en eſta „ cauſa, ni en otra lo contrario de la verdad: „ y aſsi es público, y notorio, &c.

V. „ Item, ſi ſaben, que todo lo ſuſodicho „ es la verdad, público, y notorio, pública „ voz, y fama, y comun opinion, &c.

Reus etiam producit ſuos articulos ſuper fidelitate, & integritate ſuorum teſtium, & ſuper repulſis teſtium actoris, forma ſuprà dicta, mutatis mutandis: 37. & teſtes, qui producuntur, jurant, & examinantur, prout in negotio principali dictum fuit, & fit etiam publicatio eorum teſtium, elapſo termino probatorio conceſſo, ad faciendam probationem repulſarum, prout ſupra dictum fuit in negotio principali; 38. non tamen admittuntur repulſæ contra teſtes, quibus repulſæ teſtium fuerunt probatæ, ut ſuprà diximus.

39. Et eſt advertendum, quod ſi repulſæ teſtium fuerint plenè probatæ, Judex curare non debet de generali probatione facta, ſuper bonitate teſtium partis adverſæ, id eſt, *de la probanza de abonos hecha, en favor de los teſtigos tachados, &c.* nam poteſt ei dici, *de bono opere non te dilapidamus.* 40. Licet enim quilibet in dubio bonus præſumatur; (*o*) tamen, quando expreſsè probatus fuerit malus, huic probationi ſtandum erit, niſi ei in ſpecie bonitas, & legalitas ejus concludenter probaretur, & repulſa excluderetur, coarctando negativam loco, & tempore, (*p*) 41. vel niſi probaretur, teſtem jam diu de crimine emendatam fuiſſe. (*q*)

Elapſo termino probatorio ſuper repulſis teſtium, ſi quæ fuerint, conceſſo: & publicatione facta, tunc Judex poterit adhibere diligentiam, quam ſupra diximus in 8. Tempore, num. 164. nempè, de interrogando partes, an aliquid amplius facere velint, ſi antea eam non exhibuerat. Quo facto, aliqua ex partibus litigantibus, vel utraque comparet coram Judice, petendo, quòd *cauſa pro concluſa habeatur ad ſententiam diffinitivam.* Quam concluſionem *factam eſſe*, Judex interloquitur per actum in ſcriptis, & eam facere poteſt, invita una ex partibus, vel ambabus invitis. (*r*) Ideo opportune videndum erit de 10. Tempore.

EX DECIMO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 *CAuſæ concluſio eſt renuntiatio omnium probationum, & defenſionum, per quam partes dicunt, ſe nolle amplius probare.*

2 *Hodie cauſæ concluſio eſt de ſubſtantia proceſſus, & Judex eam facere poteſt una parte, vel ambabus invitis.*

3 *Cauſa, terminis omnibus tranſactis, pro concluſa habetur.*

4 *Petitio concluſionis ad diffinitivam ſermone Hiſpano compoſita.*

5 *Judex facit concluſionem cauſæ, per ſententiam interlocutoriam.*

6 *Utraque pars poſt cauſæ concluſionem citari debet, ut compareat ad ſententiam diffinitivam proferendam.*

7 *Sententia, qua Judex cauſam pro concluſa pronuntiat, ſermone Hiſpano concepta.*

8 *Poſt cauſæ concluſionem poteſt aliquid de jure allegari.*

9 *Copia allegationis in jure pro una parte factæ, alteri dari non debet, niſi in actis proceſſus redigatur in ſcriptis.*

10 *Poſt cauſæ concluſionem, poteſt peti reſtitutio.*

11 *Poſt cauſæ concluſionem poteſt deferri juramentum in defectum probationis, dummodo ante concluſionem ſit petitum, & nonnulla de iſto juramento traduntur remiſsivè.*

12 *Confeſsio admittitur, etiam poſt cauſæ concluſionem.*

13 *Confeſsio non eſt propriè probatio, & quæ confeſsio admittatur, traditur.*

14 *Poſt cauſæ concluſionem admittitur probatio per evidentiam rei, & aſpectum loci.*

15 *Probatio per facti evidentiam omnem probationem excellit.*

16 *Ad rei veritatem indagandam, etiam poſt cauſæ concluſionem, Judex inquirere poteſt, & probationes admittere: quia Judici nunquam concluditur, & hanc interlocutoriam revocare poteſt.*

17 *Omnis probatio ad rei defenſionem in cauſis criminalibus, etiam poſt cauſæ concluſionem, admitti debet.*

18 *Partes poſt cauſæ concluſionem Judices frequenter recuſant.*

19 *Recuſatio Judicis ante litis conteſtationem fieri jure communi debet.*

Re-

(*o*) Ut in cap. fin. de *Præſumpt.*

(*p*) Juxta gloſſ. receptam in cap. *Bonæ* 1. de *Elect.* & tradunt Doct. in cap. *Quoniam contra*, de *Probat.*

(*q*) Juxta text. gloſſ. & Doct. in cap. *Teſtimonium*, & in cap. *Nuper*, de *Teſtib.*

(*r*) Secundum Jaſſ. leg. *Admonendi*, n. 46. ff. de *Jurejur.* Alex. Stiaticum in Pract. Judic. cap. 22. n. 27.

20 *Regio Jure, quandocunque Judex recuſari poteſt, dummodo ſententia non fuerit recitata.*

21 *Jure Canonico cauſa recuſationis exprimi debet.*

22 *Regio, & Civili jure recuſationis cauſa inſeri non debet, niſi quando totum Conſiſtorium, vel omnes Literati Civitatis, vel Univerſitatis recuſarentur.*

23 *In recuſatione Auditoris Regis, vel Præſidis requiritur cauſa legitima.*

24 *Recuſatio facienda eſt in ſcriptis.*

25 *Jure Canonico Judex, ut ſuſpectus recuſatus, deſinit eſſe in ea cauſa Judex.*

26 *Jure Civili, ſi Judex ſuſpectus dicatur, judicare poteſt cum adjuncto.*

27 *Si Judex recuſatus, & ſocius diſcrepent, ad Superiorem recurrendum eſt.*

28 *Socius debet aſſumi à Judice recuſato, expenſis cum recuſantis.*

29 *Judex recuſatus, & adjunctus jurare debent, ſe juſtitiam adminiſtraturos, & ſervaturos.*

30 *Recuſatio generalis omnium Judicum, Litteratorum non debet admitti.*

31 *Libellus recuſationis judicis ſermone Hiſpano compoſitus.*

32 *Si pars judicem recuſans non depoſuerit expenſas, Judex pro recuſato non eſt babendus.*

DECIMUM TEMPUS.

DE CONCLUSIONE IN CAUSA ad ſententiam diffinitivam.

1. CONcluſio in cauſa eſt *renuntiatio omnium probationum, & defenſionum, per quam partes dicunt, ſe nolle amplius quidquam probare,* ſecundum Gloſſam, (*a*) Matienzum, (*b*) & Menochium (*c*) dicentem, regulariter in omnibus cauſis neceſſariam eſſe concluſionem in cauſa, & in foro Eccleſiaſtico eſſe de *ſubſtantia judicii.* (*d*)

2. Didac. Perez (*e*) reſolvit, hanc cauſæ concluſionem, attento *Jure Regio,* eſſe de *ſubſtantia proceſſus,* ſi à parte petatur. (*f*) Mihi autem videtur, attento *Jure Regio,* de ſubſtantia proceſſus eſſe, etſi à parte non petatur, per text. in leg. 1. tit. 7. lib. 4. Recopil. ibi: *Concluſo el pleyto, &c.* junct. leg. 9. tit. 6. lib. 4. Recop. ubi dicitur, 3. quod cauſa habeatur pro concluſa, quamvis à parte non petatur: & poſtquam hæc ſcripſi inveni Matienzum ibi ita tenentem: Judex enim ad inſtantiam partium, vel unius tantum, facit concluſionem in cauſa, interloquendo, & etiam eam facere poteſt invita altera ex partibus, vel ambabus invitis: (*g*) & quæ forma *bodie* ſit obſervanda, in hac concluſione facienda, præſcribitur à leg. 10. tit. 6. lib. 4. Recopil. & plura concernentia hanc concluſionem congerit Speculator. (*b*) Didac. Perez, & Matienzo ubi ſuprà: ac ideo, facta publicatione teſtium, tranſactoque termino ejus, elapſiſque aliis omnibus terminis probatoriis, aliqua pars ex litigantibus comparet coram Judice, petendo, *quod cauſam babeat pro concluſa ad diffinitivam,* quæ petitio concipitur modo ſequenti.

PETITIO CONCLUSIONIS ad diffinitivam.

Iluſtre Señor.

4. „ Pedro, en la cauſa con Geronymo, „ digo: Que el termino probatorio de la pu„ blicacion de teſtigos, y los demàs terminos „ probatorios en eſta cauſa dados, ſon paſſa„ dos. A Vmd. ſuplico, haya eſta cauſa por „ concluſa para difinitiva, ſobre que pido „ juſticia, &c.

Tunc Judex præcipit copiam prædictæ petitionis parti adverſæ exhiberi, & quòd ad primam audientiam reſpondeat: 5. deinde profert ſententiam interlocutoriam, qua pronuntiat cauſam *pro concluſa ad diffinitivam;* 6. & in eadem ſententia jubet, quòd *utraque pars citetur,* ut ad primam audientiam compareat, *ad audiendam ſententiam diffinitivam,* & deinde ad aliam quamlibet diem non feriatam, quæ citatio peremptoria debet eſſe in cau-

(*a*) In cap. *Significaverunt* 36. verb. *Liquere*, de *Teſtib.* & in cap. *Cum dilectus*, verb. *Concluſum*, Extra de *Fide inſtrum.* & gloſſ. in Auth. de *Teſtib.* §. *Quia verò*, verb. *Concluſerint*, Collat. 7. Marant. de Ordin. Judic. 6. part. 15. act. n. 1.

(*b*) In Dialog. Relat. 3. part. cap. 53. n. 1. & Octavianum Veſtium in Romanæ Aulæ Act. lib. 4. cap. 4. de Dolo, & contum. n. 7. & 25.

(*c*) Lib. 1. de Arbitrariis, quæſt. 35. n. 7.

(*d*) Ibidem n. 8. cum Felin. in dict. cap. *Cum dilectus*, n. 33. & cum aliis DD. reſolvit: & decem cauſas connumerat, in quibus non concluditur, & eandem concluſionem in cauſa explicat.

(*e*) In leg. 6. tit. 2. lib. 3. Ordinam. col. mihi 116. ubi in col. ſeq.

(*f*) Juxta ea, quæ ſupr. reſolvimus in octavo Tempore circa publicationem teſtium.

(*g*) Secundum Jaſſ. leg. *Admonendi*, n. 46. ff. de *Jurejur.* & Panorm. in cap. *Paſtoralis*, col. 2. de *Cauſ. poſſ. & propriet.*

(*h*) In tit. de Renunt. & concl. & Marant. de Ord. Jud. in 6. part. act. 15. Lancel. in Tract. de Prætor. lib. 1. §. 2. cap. 9. & Aſin. in ſua Praxi, §. 23. pag. 319.

cauſis ordinariis: (*i*) quia ſententia diffinitiva lata abſque citatione eſt nulla. (*j*) Et prædicta ſententia interlocutoria concipitur forma ſequenti.

SENTENCIA.

7. „ En Salamanca, à tantos dias del mes, „ y año, el dicho Señor Alcalde Mayor, ha„ viendo viſto el pedimento de concluſion, „ fecho por el dicho Pedro, y que havia ſido „ notificado al dicho Geronymo, y no decia „ contra èl coſa alguna, y que el termino de „ la publicacion, y los demàs terminos de „ prueba en eſta cauſa concedidos eran paſſa„ dos, dixo: que habia, y hubo el pleyto „ por concluſo para difinitiva, y mandaba, „ y mandò citar à las partes para vèr, y oìr „ ſentencia à la primera Audiencia: y para „ cada dia, que feriado no fueſſe, y les aſsig„ nò los Eſtrados de la Audiencia para ello. „ Teſtigos F. y F.

Quæ ſententia utrique parti intimatur per Tabellionem, & poſt eam amplius partes non poterunt aliquid probare, & allegare, cum per eam cenſeatur renuntiatum omnibus probationibus: 8. poterunt tamen in jure allegare: (*k*) & copia hujus allegationis exhibenda non eſt parti adverſæ, cum talis allegatio fiat ad meram Judicis inſtructionem, ſecundum Innocentium; (*l*) etſi Jaſſo (*m*) contrarium teneat: 9. cujus opinio procedere poterit, quando ei, qui producit allegationem juris, facit ſcribi præſentationem, & illam in actis regiſtrari in modum actorum proceſſus: ita intelligit Maranta. (*n*) (* Apud nos nunquam vidi copiam allegationis juris edi adverſario, niſi quando in actis eſſet redacta.

10. Inſuper poſt concluſionem reſtitutio in integrum per minores vigintiquinque annis, & alias perſonas privilegiatas peti poteſt: (*o*) quod de *Jure Regio* procedit, dummodo non ſint elapſi quindecim dies poſt publicationem teſtium factam, juxta text. in leg. 3. tit. 8. lib. 4. Rec.

11. Rurſus poſt concluſionem poteſt deferri juramentum in ſupplementum probationis, dummodo ante concluſionem petitum ſit (*p*): & Maranta (*q*) inquit, quod requiruntur ſex copulativè, ad hoc ut ſit locus delationi juramenti ſuppletorii: & de iſta delatione juramenti, quæ in foro multum frequentatur, loquitur text. in leg. *Admonendi,* & in leg. *In bonæ fidei*, Cod. de *Reb. cred.* (*r*) & regulariter hoc juramentum in ſupplementum probationis admittitur, ut probatur in dictis juribus, & in leg. 2. tit. 11. Part. 3. (*ſ*) ſunt tamen plures caſus, in quibus non eſt locus delationi hujus juramenti, quos congerunt Curtius Senior, & Jaſſo. (*t*) Debetque hujus juramenti delatio à parte peti, nec Judex ex officio poteſt deferre; (*u*) de *Jure* tamen *Regio* per dict. leg. 2. tit. 11. Part. 3. etiam ex officio Judex poteſt deferre, (*x*) debetque hæc delatio fieri, parte citata, (*y*) & Judex non paſsim, nec ex abrupto, ſed præcedente cauſæ cognitione debet deferre, cum in pluribus caſibus non ſit locus delationi: (*z*) & formam, qua à parte debet peti, & à Judice concedi, præſcribit Baldus. (*a*)

12. Item probatio per confeſsionem partis adverſæ poſt concluſionem admittitur: (*b*) 13. nam cum confeſsio non ſit *probatio*, ſed pro-

(*i*) Ut firmat gloſſ. in Clem. *Sæpè*, verb. *Non peremptoriè*, de *Verb. ſignific.* & probatur in cap. *Conſuluit*, & ibi Panorm. & Imol. ubi Fel. n. 8. ponit undecim limitationes, & plures alias congerit Ant. Nicenus in Concord. gloſſ. concordantia 52. col. 2. & ad idem eſt text. in leg. 5. & 11. tit. 22. Part. 3.

(*j*) Ut leg. 1. §. *Item cum ex Edicto*, ff. *Quæ ſentent. ſine appell. reſcind.* leg. fin. juncta gloſſ. Cod. de *Legib.* & ibi Bald. & Dec. in conſil. 603. n. 11. & 12. vol. 2. & Joan. Matienz. in Dialog. 3. part. cap. 44. n. 4. qui optimè loquitur de hac re.

(*k*) Secundum Bald. in Auth. *Jubemus*, Cod. de *Jud.*

(*l*) In cap. *Per tuas*, de *Teſt.* & Alex. in dict. Auth. *Jubemus*, & Matth. de Afflict. in Conſt. Neapol. col. 12.

(*m*) In leg. *Is, apud quem*, Cod. de *Edend.* col. 2. & in leg. 1. §. *Edenda*, ff. de *Edend.*

(*n*) De Ordin. Judic. decimo actu 6. part. n. 50.

(* Hanc eandem interpretationem probarunt Decius n. 20. Curc. Jun. n. 18. & Bolognetus n. 28. in leg. 2. Cod. de *Edend.* hac tamen in te inveni Menoch. lib. 2. de *Arbitrar.* cent. 2. caſ. 175. quatuor opiniones referentem, & ſe inclinantem in eam opinionem, quæ habet hoc relinquendum eſſe Judicis arbitrio.

(*o*) Secundum Panorm. & reliquos Doct. in cap. *Auditis*, de *In integr. reſtit.*

(*p*) Secundum Jaſſ. in Repet. leg. *Admonendi*, col. 154. ff. de *Jurejur.*

(*q*) De Ordin. Jud. 6. part. actu 9. n. 3. & 10. ubi n. 4.

(*r*) Et ibi latè, & eleganter tradit Bald. & Deciſ. Pedam. 10. num. 2.

(*ſ*) Et ibi optimè Gregor. Lup. in gloſſ. verb. *Un teſtigo*, &c.

(*t*) In Repet. dict. leg. *Admonendi*. Socin. in reg. 204. Lancel. Conrad. in Pract. Tract. de Prætore, lib. 1. cap. 19. §. 2. n. 5. & Greg. Lup. ubi ſupr.

(*u*) Secundum Bartol. & communiter omnes in dict. leg. *Admonendi*, ex Jaſ. ibi n. 278.

(*x*) Ut contra Bart. pro Panorm. advertit Greg. Lup. in dict. leg. 2. gloſſ. verb. *El judgador*, &c.

(*y*) Secundum Bald. in cap. 1. de *Controverſ. inveſt.* col. 3.

(*z*) Ut colligitur ex gloſſ. in dict. leg. *In bonæ fidei.*

(*a*) In leg. 2. ff. de *Teſtib.* & in dict. leg. *In bonæ fidei*, & Alex. Stiaticus in Pract. Jud. cap. 20. à n. 3. quo in loco plura cumulat, quem omnino vide, quando caſus occurrerit: tractat etiam Marant. de Ord. Jud. 6. part. act. 9. à num. 1.

(*b*) Secundum Bald. & Paul. in Rubr. Cod. de *Probat.*

probationis relevatio, ſecundum Joann. Andream, (c) & plures alios, quos refert Hyppolit. de Marſilis, (d) qui cum pluribus diſputat iſtum articulum, *an confeſſio ſit probatio*? & magis ſe inclinat, probationem propriè non eſſe, ac ideo poſt renuntiationem probationum per concluſionem admittitur confeſſio: (e) ſed quidquid ſit, in actis judiciariis confeſſio attenditur, tanquam probatio. (f) Advertendum tamen eſt, quod non quælibet confeſſio ad effectum probationis eſt attendenda, ſed illa duntaxat, quæ habet requiſita neceſſaria de jure. (g)

Admittitur etiam probatio per evidentiam rei, & aſpectum loci: 15. nam talis probatio omnem probationem excedit, & ſuperat. (h) 16. Denique poſt prædictam concluſionem ad indagandam veritatem Judex poteſt inquirere, & probationes admittere, (i) quia Judici nunquàm concluditur, & ſemper ejus officium viget poſt hanc concluſionem, (j) & hanc concluſionem revocare poteſt, cum ſit interlocutoria. (k) Præſertim in cauſis ſummariis, (l) 17. & etiam in cauſis criminalibus ad defenſionem rei omnis probatio admittitur. Et Judex *ex officio*, & non ad inſtantiam, partis poteſt teſtes alios recipere ad offenſam, & punitionem rei, ut reſolvimus infrà in 5. part. cap. 3. §. 10. n. 3. (m) Et hinc eſt, quòd publicatis atteſtationibus, Judex *ex officio* poteſt quærere à teſte interpretationem ſui teſtimonii, & iterum illum examinare, ſi confusè dixerat; (n) non tamen dicetur Judex injuſtè facere, ſi iterum teſtem non examinet, & interroget, nec eo prætextu poterit ab eo appellari. (o) Sed verius mihi videtur, Judicem tali caſu teneri ad iterum examinandum, & interrogandum teſtem, æquitate ſuggerente, poſſeque eo prætextu ab eo appellari, ſi non fecerit. (p)

18. Frequenter contigit, quod poſtquam concluſum eſt ad diffinitivam, partes litigantes recuſant Judices: 19. quæ recuſatio licèt de *Jure Communi* ante litis conteſtationem proponenda eſſet; (q) 20. tamen de *Jure Regio* in quacunque parte litis poſt concluſum in cauſa, quinimò, poſtquam ſententia fuerit ſcripta, & à Judice ſubſcripta, traditaque Tabellioni, ut pronuntietur, ante tamen ejus pronuntiationem, recuſatio Judicis fieri poteſt, & admitti debet, ut erudite reſolvit Covarruvias. (r) Et quid in iſto articulo obſervandum ſit in recuſatione Auditoris Regis diſponit leg. 1. & 4. cum ſeq. tit. 10. lib. 2. Recop.

21. Circa quam recuſationem Inferiorum advertendum erit, quod licèt de *Jure Canonico* cauſa legitima recuſationis exprimi debeat: 22. (ſ) tamen de *Jure Civili*, & *Regio* non requiritur cauſæ expreſſio, ut cum communi reſolvit Covarruvias, (t) ſed ſufficit, quod in libello recuſationis recuſans cum juramento dicat, *recuſationem calumniosè non proponere*, (u) quod juramentum præſtandum erit, etſi à parte adverſa non petatur, & ita praxis obſervat, ut teſtatur Gregor. Lupus, (x) quamvis lex 22. tit. 4. Part. 3. diſponat, hoc juramentum præſtandum eſſe, quando ab adverſario, vel à Judice petatur, & quidquid contendat Carolus Ruinus; (y) 23. tamen de *Jure Regio* in recuſatione Præſidis, vel Auditoris Regis expreſſio cauſæ legitimæ requiritur, ut diſponitur in leg. 1. & 2. cum ſequentibus lib. 2.

(c) Anton. Panorm. & Imol. in Rubric. Extra de *Prob.*
(d) In Rubric. Cod. de *Probat.* n. 71. à n. 67.
(e) Ut habetur in cap. *Cum Joannes*, de *Fid. inſtrum.* & tenet Marſil. ubi ſupr. n. 73. & Deciſ. Pedem. 10. n. 3.
(f) Secundum Alex. Stiatic. in Pract. Jud. cap. 19. n. 40.
(g) Secundum Marſil. & Stiatic. ubi ſupr. qui Marſil. requiſita ibi congerit à n. 77. & eadem tranſcribit Stiaticus ubi ſupr. à n. 7. & uterque plura in dictis locis de confeſſione cumulat, ad quos erit recurrendum, quando caſus occurrerit.
(h) Secundum Bald. in leg. *Contra negantem* in fin. Cod. *Ad leg. Aquiliam*, & Bald. in leg. *Si quis teſtibus* in fin. Cod. de *Teſtib.*
(i) Secundum Imol. & Felin. in cap. *Cum Joannes*, de *Fide inſtrum.* Panorm. in cap. *Cum dilectus*, de *Fid. inſtrum.* ſeq. Dec. n. 2. & Mant. n. 8. in cap. 1. de *Except.* & Alex. in leg. 4. §. *Hoc autem judicium*, col. 4. ff. de *Damn. infect.* & Specul. in tit. de Renuntiatione, & concluſione, n. 3.
(j) Secundum Angel. conſ. 343.
(k) Juxta text. leg. *Quod juſſit*, ff. de *Re jud.* & ibi Ripa, firmat Jaſſ. leg. *Cum procurator*, §. *Si dominus*, ff. de *Nov. oper.*
(l) Ut not. gloſſ. in Clem. *Sæpè*, verb. *Interrogabitur*, de *Verb. ſignific.* & Panorm. in dict. cap. *Cum Joannes.*
(m) Ut docet Bart. in leg. *Divi fratres*, ff. de *Pæn.* & in leg. 1. §. fin. de Quæſt. & nos dicimus infrà in 5. part. hujus 1. tom. §. 10. cap. 3. n. 3.
(n) Ut docet gloſſ. in cap. *In præſentia*, verb. *Dubium*, de *Probat.*
(o) Secundum communem opinionem, teſte Aretino in cap. *Cum clamor*, de *Teſtib.* poſt Panorm. ibi.
(p) Secundum Card. in cap. *Per tuas*, n. 1. receptum à Felin. ibi, n. 5. de Teſtib. Hyppol. in leg. 1. §. *Si quid vitio*, ff. de *Quæſt.* n. 34.
(q) Ut in leg. *Apertiſſimi*, Cod. de *Judic.* & in cap. *Cum ſpeciali*, Extra de *Appell.* & gloſſ. recepta communiter in cap. *Paſtoralis*, verb. *Proteſtata*, Extra de *Except.* & tradit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 26. n. 2.
(r) Ubi ſupr. n. 3.
(ſ) Juxta text. in cap. *Secundo requiris*, §. 1. & ibi gloſſ. & in cap. *Cum ſpeciali*, & ibi gloſſ. verb. *Coram*, Extra de *Appellat.*
(t) Ubi ſupr. in Pract. Quæſt. cap. 26. n. 10.
(u) Secundum gloſſ. in dict. leg. *Apertiſſimi*, verb. *Recuſare*, & gloſſ. in leg. *Quia poterat*, verb. *Nec illud*, ff. *Ad Trebell.* communiter receptam ex Covar. ubi ſupr. n. 10. Et de *Jure Regio* probatur in leg. 1. tit. 16. lib. 4. Recop.
(x) In leg. 22. tit. 4. Part. 3. in gloſſ. 3. Avend. in cap. *Prætorum* 2. part. cap. 23. n. 13. Didac. Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. col. mihi 972.
(y) Conſil. 6. lib. 4. n. 5. & 6.

2. tit. 10. Recopil. Similiter etiam, quando coram Judicibus recuſatur tota Civitas, vel Univerſitas, vel Conſiſtorium Decurionum, tunc enim requiritur expreſſio juſtæ cauſæ ſuſpicionis: nec ſolum juramentum ſufficiet, qua juſta cauſa interveniente, recuſatio admittitur, (z) alioquin ſine juſta cauſa ſuſpicionis recuſatio generalis, ut puta omnium Litteratorum Univerſitatis, vel Civitatis, vel omnium Decurionum Conſiſtorii, tanquam in fraudem facta eſt rejicienda: (a) & quòd tunc non ſufficiat jurare, recuſationem calumnioſam non eſſe, ſed neceſſariam eſſe juſtam, & probabilem cauſam ſuſpicionis, docet Ripa. (b) Et ſic etiam erit limitanda dict. lex 1. tit. 16. lib. 4. Recopil. 24. Adverte etiam, prædictam recuſationem in ſcriptis ponendam eſſe. (c)

25. Adverte etiam, quod licèt hujuſmodi recuſatio de *Jure Canonico* removeat Judicem Ordinarium ſuſpectum in totum à cognitione cauſæ; 26. tamen de *Jure Civili*, & *Regio* Judex recuſatus non removetur in totum à cognitione cauſæ, ſed aſſumit ſecum ſocium probum, & candidum virum. (d) Et qualis debeat eſſe iſte ſocius aſſumptus à Judice recuſato, optimè explicat Avendanius (e) reſolvens, 27. quòd ſi in judicando diſcordent, adeundus erit Superior: in cauſis verò criminalibus aliter Judex recuſatus aſſociari debet, ut ſuo loco dicemus.

28. Quibus omnibus adde, quòd ſocius aſſumendus à Judice recuſato in cauſis civilibus, debet aſſumi expenſis proponentis recuſationem, & Judex recuſatus ad hoc poterit eum compellere per captionem pignorum. (f) 29. Et tunc Judex, & ſocius jurant juſtitiam adminiſtrare. (g) 30. Advertendum eſt etiam, recuſationem generalem Judicum, vel Litteratorum alicujus loci, tanquam vagam, & incertam non eſſe admittendam, ut notat Paul. Caſtrenſis. (h) De quo articulo eſt videndus Rebuffus, (i) quia in hoc quotidie in praxi erratur. Et quid in Luſitania obſervetur circa hanc recuſationem Judicis, traditur in lib. 1. Ordinament. tit. 22. quæ recuſatio concipienda erit forma ſequenti.

RECUSATIO JUDICIS.

Iluſtre Señor.

31. ,, Geronymo, en la cauſa con Pedro, ,, digo: que para la determinacion, y ſentencia de ella, *hablando con el acatamiento debido*, tengo por ſoſpechoſo à Vmd. y à ,, las demàs juſticias ſeglares de eſta Ciudad, ,, y à los Letrados de ella, excepto à los Cathedraticos de Canones, y Leyes de eſta Univerſidad de Salamanca, y à Fulano, y à Fulano, y por tales ſoſpechoſos, los recuſo: ,, y pido, y requiero las veces, que puedo ,, y debo, à Vmd. y à los demàs recuſados, ,, que no procedan en eſta cauſa, ni ſe entremetan en ella, ni la ſentencien, ſin ſe acompañar conforme à la ley: y lo contrario haciendo, proteſto la nulidad de ello, y lo demàs que proteſtar me conviene: y júro à ,, Dios, y à eſta ✠ que eſta recuſacion no ,, hago de malicia, y pidolo por teſtimonio, ,, &c.

32. Interpoſita prædicta recuſatione, Judex recuſatus præcipit recuſanti, ut deponat expenſas ſocio aſſumendo, alioquin non habet ſe pro recuſato: depoſitiſque expenſis, aſſumit ſocium, & uterque jurat de adminiſtranda juſtitia, & de expediendo negotium diligenter, proceduntque ambo ſimul in cauſa, ſententiamque diffinitivam proferunt. Et ſi in judicando diſcordes fuerint, quilibet de per ſe proferat ſuam ſententiam, & adeundus erit Judex Superior, ut ſuprà reſolvimus; ſi verò Judex recuſatus non fuerit, poſt concluſionem cauſæ profert ſuam ſententiam diffinitivam: ideo opportunè videndum erit de undecimo Tempore.

EX UNDECIMO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 *JUdex, habito proceſſu, non debet incontinenti proferre ſententiam, ſed tunc de-*

(z) Ut reſolvunt communiter omnes ex Panorm. n. 14. Dec. lect. 1. n. 16. Rip. num. 40. Alciat. n. 17. Beroio n. 119. & Mant. n. 18. in cap. 1. de *Jud.*
(a) Secundum Bald. in leg. *Hoc modo*, ff. de *Cond. & demonſt.* Rebuf. Tract. de Recuſ. art. 9. gloſſ. unic. n. 46. & Avend. de Mandatis Princip. exequendis, 2. part. cap. 23. n. 13. in fin.
(b) Ubi ſupr. in tali caſu limitans gloſſ. in dict. leg. *Quia poterat.*
(c) Secundum gloſſ. in cap. *Quoniam contra*, verb. *Recuſationes*, de *Probat.* & reſolvit Avend. ubi ſupr. n. 12. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. col. mihi 954.
(d) Juxta text. in Auth. *Si verò*, Cod. de *Judic.* ita communiter intellectum, ſecundum Covar. ubi ſupr. n. 1. probatur in leg. 22. tit. 4. Part. 3. & ita in cauſis civilibus noviſſimè diſpoſitum eſt per text. in leg. 1. tit. 16. lib. 4. Recop.
(e) Ubi ſupr. n. 14.
(f) Ut reſolvunt Avend. ubi ſupr. n. 15. & Didac. Perez, ubi ſupr. col. 954.
(g) Juxta text. in leg. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recop.
(h) In leg. *Sed etſi*, §. *Cum vir*, & ibi Bald. ff. de *Cond. & demonſtr.*
(i) In Tract. de Recuſat. artic. 9. gloſſ. 5. n. 46.

demum diligenter viſis omnibus actis proceſſus, aliàs ſententia eſſet nulla.

2 *Voluntas Judicis præcipitata in prolatione ſententiæ, eſt noverca juſtitiæ.*

3 *Judex, priuſquam pronuntiet, cuncta, & ſingula acta proceſſus videat.*

4 *Judex, data paritate probationum actoris, & rei, in favorem rei pronuntiare debet.*

5 *Judex, data paritate probationum in judiciis duplicibus, quid facere debeat, traditur remiſſivè.*

6 *Judex in juſtitia ſervanda ſolum Deum præ oculis habere debet.*

7 *Judex à muneribus abſtinere debet.*

8 *Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum.*

9 *Qui excutit manus ſuas ab omni munere, habitabit in cælis.*

10 *Juſtitia auro violatur.*

11 *Judex debet proferre ſententiam claram, & certam, & per verba intelligibilia habentia ſuum proprium ſenſum.*

12 *Judex ſententiam in ſcriptis proferre debet: fallit regula iſta in aliquibus caſibus.*

13 *Judex in judicando debet ſervare diſpoſitionem legis 13. tit. 4. Part. 3. & aliarum.*

14 *Sententia debet eſſe conformis libello, niſi in caſibus exceptis.*

15 *Materia ſententiæ diffuſa, & prolixa eſt, & de ea Auctor remittit ad eam tractantes.*

16 *Judex intra viginti dies à die cauſæ concluſionis connumerandos, ſententiam proferre tenetur.*

17 *Judex, qui intra viginti dies non pronuntiat, pœnam duplicatam expenſarum, & quinquaginta millium maravedis ſuſtinere debet.*

18 *Judex, qui intra viginti dies non pronuntiat, non ſuſtinet pœnam, niſi à parte fuerit requiſitus.*

19 *Requiſitio Judici facienda, ut ſententiam pronuntiet, ſermone Hiſpano compoſita.*

20 *Judex, viſis, & attentis univerſis, & ſingulis actis proceſſus, & conſideratis his, quæ Auctor advertit, profert ſententiam.*

21 *Sententia diffinitiva in favorem actoris ſermone Hiſpano compoſita.*

22 *Sententia diffinitiva in favorem rei ſermone Hiſpano compoſita.*

23 *Sententia abſolutoria ab inſtantia judicii ſermone Hiſpano compoſita.*

24 *Taxatio expenſarum Judici reſervari debet.*

25 *Sententia diffinitiva partibus intimanda eſt.*

26 *Si ſententia tranſeat in rem judicatam, executioni mandari debet.*

UNDECIMUM TEMPUS.

DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

1. POſtquam concluſum fuerit in cauſa ad diffinitivam, & proceſſus bene compoſitus, & ordinatus per Tabellionem, fuerit delatus ad Judicem, tunc Judex accedere debet ad prolationem ſententiæ diffinitivæ; non tamen debet feſtinare, nec, habito proceſſu, in continenti ſententiam proferre, alioquin præſumeretur malè inſtructus de meritis cauſæ, & ſententia eſſet nulla, ut docent Dominicus, (*a*) Bartolus, (*b*) Matienzo, (*c*) qui plura cumulant contra Judicem feſtinantem ad prolationem ſententiæ: 2. cum voluntas Judicis præcipitata ſit noverca Juſtitiæ. (*d*)

3. Unde Judex, priuſquam ſententiam proferat, cuncta, & ſingula acta proceſſus diligenter, & maturè videat, & inveſtiget: (*e*) & poſtquam fuerit inſtructus, celeriter debet ad ſententiam procedere. (*f*) Et circa hanc viſionem proceſſus obſervabit Judex ordinem, quem de videndo proceſſu ſcripſimus poſt ultimum Tomum hujus operis: (*g*) 4. & ſi viſo proceſſu probationes actoris, & rei conventi pares, & æquales invenerit numero, & dignitate teſtium, in rei favorem erit pronuntiandum: (*h*) nam cum ſunt jura partium obſcura, reo favendum eſt: (*i*) 5. ſed ſi iſta æqualitas probationum contingeret in judiciis duplicibus, ut putà, *familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum*, & in interdictis duplicibus, nempè, *utrobique, uti poſſidetis*, in quibus quilibet litigantium eſt actor, & reus, (*j*) tunc Judex recurrat ad Boerium, (*k*) & ad Peraltam, (*l*) & ad Menochium (*m*) plura in iſto articulo remedia congerentes: quorum illud tutius mihi videtur, quod Judex compellat partes ad concordiam, (*n*) & ſi non potuerit, eligat aliud, quo forte controverſia dirimatur. (*o*)

(*a*) In cap. *Ponderet* 50. diſtinct. ſequitur Barbac. in cap. *Super quæſtionum*, §. *Intentionis*, col. 4. de *Offic. Deleg.*

(*b*) In leg. *Prolatam*, n. 10. Cod. de *Sentent.* & *Interloc.* Hyppol. in Pract. Crim. §. Nunc videndum, n. 33.

(*c*) In Dialog. 3. part. cap. 39. n. 9.

(*d*) Ut ex Clem. *Paſtoralis*, §. *Verum*, de *Re judic.* colligit ibi Card.

(*e*) Ut inquit text. in cap. *Judicantem* 30. quæſt. 5. & cap. *Grave* 35. quæſt. 9.

(*f*) Juxta text. in cap. *Jurgantium*, ibi: *Celeri ſententia*, cum ibi notatis, de *Sent. & re jud.* tradit Alex. de Imol. in conſil. 213. n. 3. vol. 3. Bald. in conſil. 204. col. 2. lib. 3. & Aymon Cravet. in conſil. 179.

(*g*) Ubi plura ultra tradita à Specul. tit. de Renuntiat. & concl. §. Finitis tradidimus.

(*h*) Ut in cap. *Inter dilectos*, de *Fid. inſtrum.* cap. *Ex litteris*, de *Prob.*

(*i*) Ut in regul. *Cum ſunt jura*, de *Reg. jur.* in 6. leg. 40. in fin. tit. 16. Part. 3. & communiter omnes ex Jaſſ. in leg. *Non eſt novum*, n. 1. Cod. de *Edend.* & Menoch. in lib. 2. de Arbit. cent. 1 caſ. 98.

6. Et cum fuerit ſatis inſtructus de meritis cauſæ, & perceperit, pro qua parte ex litigantibus juſtitia eſt, tunc debet eſſe conſtans in adminiſtratione juſtitiæ, ſolum Deum præoculis habens, (*p*) & ad auxilium Divinum recurrat, & invocet Spiritum Sanctum, qui illuminet intellectum, & purget ſe à peccatis, & purificet conſcientiam, quia propter peccata multoties neſcimus ſolvere dubia cauſarum. (*q*) 7. Debetque Judex à muneribus abſtinere: nam munera excœcant oculos ſapientium, & mutant verba juſtorum, ut habetur Deuteron. cap. 15. pro quo facit text. in cap. *Quis recte* 2. quæſt. 3. ubi dicitur, quòd *acceptio munerum prævaricatio veritatis eſt*: 9. *& qui excutit manus ſuas ab omni munere, habitabit in Cælis*, & facit text. in cap. *Pauper.* 2. quæſt. 3. ubi dicitur, 10. quòd *juſtitia auro violatur.* Sæpèque ante oculos habeat doctrinam text. in cap. 1. de *Sent. & re jud.* lib. 6. ubi Pontifex alloquens Judicem dicit, *caveant Judices, & prudenter attendant, ut in cauſarum proceſſibus nil vindicet odium, vel favor uſurpet, timor exulet: præmium, aut expectatio præmii juſtitiam non evertat, ſed ſtateram geſtet in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus, quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis, & ferendis ſententiis, præoculis ſolum Deum habeant.* (*r*)

11. Obſervaretque debet Judex diſpoſitum à leg. 13. tit. 4. Part. 3. & in leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. (*ſ*) & alia multa, quæ congerit Joann. Matienzo. (*t*) 12. Teneturque Judex ſententiam proferre claram, & certam, & per verba propria, & intelligibilia habentia ſuum proprium ſenſum: (*u*) 13. & debet eam in ſcriptis proferre, ut notat Gloſſa: (*x*) 14. teneturque illam proferre conformem libello, ut in cap. *Licèt*, de *Simonia*, & in leg. fin. Cod. de *Fideicom. libert.* ubi inquit Baldus, quod *fatuus eſt Judex, qui ſuper aliis, quàm ſuper petitis pronuntiat*; ſunt tamen plures caſus, in quibus fallit prædicta regula, quos congerit Niconicius. (*y*)

15. Et tamen, quia materia ſententiæ nimis prolixa eſt, & integrum codicem requirit, habetque titulos, & tractatus peculiares, ut in ff. de *Re jud.* & in Cod. de *Sent.* & in volumine *Decretalium*, & in lib. 6. & in *Clementinis*, & in tit. 22. Part. 3. & in tit. 17. lib. 4. Recopilationis, & apud Luſitanos in lib. 3. Ordin. & apud Marantam, (*z*) & Rebuffum, (*a*) & Gregor. Lupum, (*b*) quibus in locis latiſſimo ſermone agitur, quid ſit ſententia, quibus verbis, in cujus perſonam proferenda ſit, quod ultimum latè diſputat Panormitanus, (*c*) quid continere debeat, & in quo differat ab interlocutoria: ideo ex conſulto ſola remiſſione contentus, omnia ſupradicta omitto, advertens, 16. ſententiam diffinitivam de *Jure Regio* à Judice proferendam eſſe intra viginti dies à die concluſionis in cauſa, 17. alioquin Judex ſolvere debet expenſas duplicatas in retardatione litis factas, & inſuper incurrit Judex pœnam quinquagintam millium marapetinorum Fiſco applicanda, 18. ut probat text. in leg. 1. tit. 17. lib. 4. Recopil. quam tamen pœnam Judex incurrit, ſi à parte fuerit requiſitus ad ſententiam proferendam, prout intelligit Didac. Perez: (*d*) ideoque pro inſtructione juvenem formanda erit requiſitio modo ſequenti.

* * * * * * * * *

(*j*) Juxta leg. *In tribus*, ff. de *Jud.* text. in §. *Tertia diviſio*, Inſtit. de *Interdict.*

(*k*) In deciſ. 239. à n. 1. & ad Tiraq. de Jure Primog. quæſt. 17. opin. 1. n. 86. & 87.

(*l*) In leg. *Si quis ſervum*, §. *Si inter duos*, n. 12. & 13. ff. de *Legat.* 2.

(*m*) In tract. de Retinen. poſſeſſ. remed. 3. à n. 740.

(*n*) Secundum Bald. in cap. *Cum Eccleſia Vulterana*, n. 5. de *Elect.* ſequitur Felin. in Rubr. de *Treg. & pac.* n. 5.

(*o*) Et hoc videtur ſequi Boer. Tiraq. & Peralt. ubi ſupr.

(*p*) Ut in cap. 1. de *Re jud.* lib. 6.

(*q*) Ita poſt Bald. docet Matth. de Afflict. in Deciſ. Neapol. deciſ. ultim. & Sylv. Nupt. in lib. 6. n. 5. quo in loco, ipſe Nevizanis plura eleganter, & latè ſcribit ad Judicum inſtructionem pro exercendo officium judicandi.

(*r*) Ad quod facit text. in cap. 4. & in cap. *Quicumque* 2. quæſt. 3.

(*ſ*) Et quæ notat Hyppol. in Pract. Crim. in §. fin.

(*t*) In Dialog. Relatoris, 3. part. cap. 36. cum pluribus ſequentibus.

(*u*) Ut in §. *Curare*, Inſtit. de *Act.*

(*x*) In dict. §. *Curare*, quæ ponit quatuor caſus, in quibus ſententia non fertur in ſcriptis, & ibi Jaſ. n. 60. remittit ad gloſſ. in cap. fin. de *Sent. & re jud.* in 6. & in cap. *Albericus*, de *Teſtib.* & ad Panorm. in cap. 1. de *Libel. obl.*

(*y*) In Repet. cap. *Quoniam contra falſam*, de *Prob.* & Socin. in regul. 357.

(*z*) De Ord. Judic. in 3. part. ſextæ partis act. 1. per totum.

(*a*) In repetitione leg. *Quod juſsit*, ff. de *Re jud.*

(*b*) In leg. 1. tit. 22. Part. 3.

(*c*) In cap. *Quærelam*, n. 10. de *Elect.*

(*d*) In leg. 1. tit. 15. lib. 3. Ordin. col. mihi 1262. in gloſſ. 1.

REQUIRIMIENTO PARA QUE EL JUEZ *ſententie.*

19. „ Eſcribano, que preſente eſtais, dad„ me por fè, y teſtimonio, en manera, que „ haga fè en Juicio, y fuera de èl à mi Pe„ dro en como digo al Iluſtre Señor Licencia„ do F. Acalde Mayor de eſta Ciudad, que „ bien ſabe ſu Merced, è debe ſaber, que el „ pleyto, que ante ſu Merced ha pendido, y „ pende entre mi, y Geronymo, hà muchos „ dias que eſtà concluſo, para difinitiva, y ſu „ Merced no lo ha ſentenciado. Porende que „ con el debido acatamiento pido, y requie„ ro à ſu Merced las veces, que puedo, y debo, „ ſentencie, y determine el dicho pleyto, „ guardandome mi juſticia: è ſi aſsi lo hicie„ re, harà lo que debe, y es obligado; en „ otra manera lo contrario haciendo, proteſ„ to contra ſu Merced todos los daños, è in„ tereſſes, coſtas, è menoſcabos, que por no „ lo ſentenciar ſe me ſiguieren, è recrecieren, „ è todo lo demàs, que conforme à derecho, „ y leyes de eſtos Reynos proteſtar me con„ viene, y pidolo por teſtimonio, para en „ guarda de mi derecho, &c.

20. Judex tunc, viſo proceſſu, & attentis, & conſideratis omnibus ſupradictis in principio hujus Temporis, profert ſententiam diffinitivam modo ſequenti.

SENTENTIA DIFFINITIVA *in favorem actoris.*

21. „ ¶ Viſto eſte proceſſo, que ante mì „ pende, entre partes, de la una actor de„ mandante Pedro, y de la otra reo defen„ diente Geronymo, y ſus Procuradores en ſus „ nombres, &c.

„ Fallo, atentos los Autos, y meritos de „ eſte proceſſo, que el dicho Pedro probò „ bien, y cumplidamente ſu intencion, y de„ manda: doyla, y pronunciola por bien pro„ bada, è que el dicho Geronymo no probò „ ſus excepciones, y defenſiones, como debia: „ doylas, y pronunciolas por no probadas: „ en conſequencia de lo qual, debo conde„ nar, è condeno al dicho Geronymo à que „ dentro de nueve dias primeros ſiguientes, „ deſpues de la notificacion de eſta mi ſenten„ cia, dè, y pague realmente, y con efecto „ cien ducados al dicho Pedro, y mas le con„ deno en las coſtas de eſte proceſſo juſta„ mente hechas, cuya taſſacion en mi reſervo. „ Aſsi lo pronunciò, è mandò en eſtos eſcri„ tos, y por ellos, juzgando difinitivamente, „ &c.

El Licenciado Fulano.

SENTENTIA ABSOLUTORIA *in favorem rei.*

22. „ ¶ Viſto eſte proceſſo, &c.

„ Fallo, atentos los Autos, y meritos de „ èl, que el dicho Pedro no probò ſu inten„ cion, y demanda: doyla, y pronunciola por no „ probada, y que el dicho Geronymo probò „ bien, y cumplidamente, como debia ſus ex„ cepciones: doylas, y pronunciolas por bien „ probadas. Por ende digo: que debo abſol„ ver, y abſuelvo al dicho Geronymo de la „ accion, y demanda contra èl pueſta por el „ dicho Pedro, y le doy por libre, y quito „ de ella, y pongo perpetuo ſilencio al dicho „ Pedro, para que ſobre ella, agora, ni en „ tiempo alguno, le pida coſa alguna. Aſsi lo „ pronuncio, y mando por eſta mi ſentencia „ difinitiva, juzgando, ſin coſtas, ſino que „ cada parte pague, las que tuviere hechas, „ &c.

SENTENTIA ABSOLUTORIA *ab inſtantia judicii.*

23. „ ¶ Viſto eſte proceſſo, &c.

„ Fallo, atentos los Autos, y meritos de „ èl, que el dicho Pedro no probò ſu inten„ cion, y demanda: doyla, y pronunciola „ por no probada, y que el dicho Geronymo „ probò ſus excepciones, y defenſiones: doy„ las, y pronunciolas por probadas. En cuya „ conſequencia digo: que debo abſolver, y „ abſuelvo al dicho Geronymo de la inſtan„ cia de eſte juicio, reſervando, como reſer„ vo, el derecho à ſalvo al dicho Pedro, para „ que pueda pedir, y demandar al dicho Ge„ ronymo alli, y donde mas viere que le con„ viene: y aſsi lo pronuncio, y mando por „ eſta mi ſentencia difinitiva, ſin coſtas, „ &c.

24. Aliquando tamen ſententia pro parte eſt condemnatoria, & pro parte abſolutoria, & tunc debet inſeri ratio, quare in uno capitulo unum pronuntiatur, & in alio aliud. (e)

In prædictis ſententiis diffinitivis, quando fit condemnatio expenſarum, earum taxatio reſervatur Judici proferenti ſententiam, de quibus expenſis diximus ſuprà in quarto Tempore circa expoſitionem clauſularum libelli ac-

to-

(e) Juxta text. in cap. *Cum olim*, & ibi Bald. not. 4. Extra de *Præſcript.*

toris, (f) & eſt advertendum, quod nedum condemnatio expenſarum fit propter calumniam litigantis, verum etiam propter temeritatem, à qua condemnatione non excuſabitur ex juramento calumniæ, quod litigans præſtat: (g) & licèt expenſarum condemnatio fieri poſsit, tàm de expenſis in lite factis, quàm de expenſis perſonalibus, (h) tamen in dubio cenſetur facta de expenſis litis: (i) quæ expenſæ probari debent per allegantem ſe illas feciſſe, quæ quandoque probatio fit per ſacramentum petentis eas, & taxantur arbitrio Judicis: (j) & erit videndum, quod noviſsimè diſpoſitum eſt in tit. 22. lib. 4. Recopil. & in Ordin. Luſitanorum, lib. 3. tit. 51.

25. Sententia diffinitiva lata de mandato Judicis, utrique parti intimatur: & ſi ab ea non fuerit appellatio interpoſita, vel ſi interpoſita fuerit, & non proſecuta intra terminum à jure præfixum, de quo dicendum erit infrà in 6. Part. hujus 1. Tomi, ita quod in auctoritatem rei judicatæ tranſacta fuerit, executioni mandanda erit. Ideoque opportunè dicendum erit de ultimo Tempore.

EX DUODECIMO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 M*Andari debet executioni ſententia in rem judicatam tranſacta.*

2 *Virtute ſententiæ debet à parte executio peti, & ſibi conceditur.*

3 *Sententia habet executionem paratam, dum tamen à parte petatur executio.*

4 *Quam diligentiam debeat pars adhibere, ut ſententia exequi poſsit, traditur.*

5 *Agi poteſt de ſententiæ nullitate.*

6 *Judex poteſt ſuam ſententiam nullam retractare.*

7 *De nullitate ſententiæ perpetuo agi poterat.*

8 *Regio Jure adverſus nullitatem ſententiæ intra ſexaginta dies tantum opponi debet.*

9 *Interim dum agitur de nullitate ſententiæ, non currit tempus appellationis.*

10 *Nullitas quando dicatur tractari principaliter, & quando incidenter, traditur remiſsivè.*

11 *Petitio nullitatis ſetentiæ ſermone Hiſpano compoſita.*

12 *Copia petitionis nullitatis ſententiæ parti adverſæ datur.*

13 *Sententia nullitatis ſermone Hiſpano compoſita.*

14 *Sententia, qua declaratur, non eſſe nullam ſententiam in negotio principale latam.*

DUODECIMUM TEMPUS.

EXECUTIONIS SENTENTIÆ.

1. SEntentia diffinitiva tranſacta in auctoritatem rei judicatæ executioni mandatur. (a) 2. Et *praxis*, quæ obſervatur eſt, quod poſtquam ſententia tranſacta eſt in rem judicatam, vel appellatio deſerta eſt, pars, in cujus favorem lata eſt, comparet coram Judice petendo, ut ſibi detur prædicta ſententia in forma publica ſignata, ut virtute ejus executio fiat in perſona, & bonis rei condemnati: nam licèt prædicta ſententia habeat executionem paratam, requiritur tamen, quòd à parte executio petatur. (b) 4. Et tunc Judex præcipit, ut parti adverſæ intimetur prædicta petitio, & quòd intra tres dies oſtendat diligentias factas, & tranſacto illo primo termino, incuſatur ſibi contumacia, & datur alius ſecundus terminus trium dierum, & accuſatur contumacia: & denique datur tertius terminus trium dierum, & incuſatur etiam contumacia: & ſi in tertio termino non oſtendat diligentias factas in proſecutione appellationis, Judex præcipit Tabelloni, ut det ſententiam ſignatam in publica forma, & tunc virtute ejus petit executionem, & in hac executione proceditur, eodem modo, & forma qua in executione inſtrumenti publici, de quo erit infrà dicendum in quarta parte hujus primi Tomi. Et plura circa hanc executonem ſententiæ erunt videnda per Marantam. (c)

DE

(f) Et de prædicta taxatione expenſarum erit conſulendus Boer. deciſ. 85. n. 6. & Bald. in cap. *Cum veniſſent*, n. 6. de *Eo, qui mitt. in poſſeſſ.* & Did. Per. in Rubr. tit. 18. lib. 3. Ordin.

(g) Secundum Bartol. in leg. *Eum, quem temere*, ff. de *Judic.* & Soc. in Pract. cap. 27. n. 3.

(h) Ut docet Bart. in leg. *Procurator*, n. 2. ff. *Rem ratam hab.*

(i) Secundum Greg. Lup. in leg. 8. tit. 22. Part. 3. in gloſſ. 1.

(j) Secundum Bald. & Salic. in leg. *Reſtituenda*, Cod. de *Petit. hæred.* & Rebuff. in Tract. de Expenſ. art. 5. n. 10. & Alex. Stiat. in Pract. Jud. cap. 21. n. 49.

(a) Juxta text. in leg. *Poſt rem judicatam*, ubi Doct. notant, præſertim Roder. Suar. not. primo, ff. de *Re jud.* & Aſin. in Praxi, §. 31. cap. 2. per totum, & in leg. 1. & 2. cum aliis, tit. 21. lib. 4. Recop. & in Ordin. Luſitanor. lib. 3. tit. 71.

(b) Ut cum pluribus reſolvit Aſinius ubi ſupr. n. 3.

(c) De Ord. Judic. 6. part. 3. partis, actu 3. de Executione ſententiæ, & per Aſin. in Praxi, §. 31. cap. 2.

DE NULLITATE SENTENTIÆ.

5. Contingit aliquando, quod poſtquam ſententia diffinitiva lata eſt, adverſus eam agitur per viam nullitatis, & ſi appareat nullam eſſe, 6. Judex, qui eam protulit, retractare poterit, (d) 7. & licèt de *Jure Communi* nullitas adverſus ſententiam perpetuò opponi poterat; (e) 8. tamen de *Jure Regio noviſsimo* prædicta nullitas intra ſexaginta dies connumerandos à die intimationis ſententiæ opponenda erit, (f) ſive de nullitate agatur per viam actionis, ſive per viam exceptionis, ut reſolvit Covarruvias. (g)

9. Et adverte, quod interim quod agitur de hac nullitate ex probabili ratione, tempus ad appellandum conceſſum non currit. (b) 10. Et quando nullitas dicatur tractari principaliter, & quando incidenter, & quando impedire debeat executionem ſententiæ, eleganter tradit Covarruvias. (i) Et quia iſta materia nullitatis eſt valde prolixa, & diffuſa, requiritque integrum tractatum, ideo eam miſſam ex conſulto facio, cum de ea videndus ſit Sebaſt. Vantius in illo integro Tractatu de Nullitate ſententiæ. (j) Et pro juvenum inſtructione forma petitionis nullitatis, & ſententiæ erit concipienda modo ſequenti.

PETITIO NULLITATIS.

Iluſtre Señor.

11. ,, Geronymo, en la cauſa con Pedro,
,, digo: que Vmd. diò, y pronunciò cierta
,, ſentencia difinitiva contra mì, y en favor
,, del dicho adverſo; y *hablando con el de-*
,, *bido acatamiento*, la dicha ſentencia fuè
,, ninguna: porque hallarà Vmd. que eſta
,, cauſa ſe ha litigado por perſona del di-
,, cho Pedro, el qual es menor de veinte y
,, cinco años, y tal por ſu aſpecto parece: y
,, aſsi conforme à derecho, no es perſona le-
,, gitima para poder eſtàr en Juicio ſin ſu cu-
,, rador, demàs que en el dicho pleyto no
,, ſe hizo publicacion de teſtigos, aunque por
,, mì fuè pedida: ni ſe hizo concluſion para
,, ſentencia, como del proceſſo conſta. Por
,, que pido à Vmd. declare la dicha ſentencia
,, por ninguna, y à mì me abſuelva, y dè por
,, libre de la inſtancia, y juicio, ſobre que
,, pido juſticia, y el oficio de Vmd. imploro,
,, y las coſtas, proteſto, y juro en forma de de-
,, recho, que eſto no pido de malicia, &c.

12. *El Juez manda dàr copia de eſta peticion à la parte contraria, y la parte contraria reſponde, negando haver havido nulidad. Y ſi la nulidad alegada ſe ha de probar por teſtigos, de manera, que no conſte de los Autos del proceſſo, el Juez lo recibe à prueba con un breve termino, y preſentan ſus interrogatorios, y por ellos ſe examinan los teſtigos, y ſe hace publicacion, y concluſion, y el Juez pronuncia ſentencia en la forma ſiguiente:*

SENTENTIA NULLITATIS.

¶ ,, Viſto eſte proceſſo, &c.

13. ,, Fallo que la nulidad pedida, y ale-
,, gada por parte del dicho Geronymo hubo,
,, y hà lugar, como conſta por los Autos del
,, proceſſo: por ende digo: que debo dàr, y
,, doy por ninguna la ſentencia difinitiva por
,, mì dada en eſte proceſſo, y la debo anular,
,, y revocar en todo, y por todo, como en
,, ella ſe contiene: y haciendo juſticia, ab-
,, ſuelvo, y doy por libre al dicho Gerony-
,, mo de la inſtancia de eſte juicio, condeno
,, en coſtas al dicho Pedro, cuya taſſacion
,, en mì reſervo. Aſsi lo pronuncio, y mando
,, por eſta mi ſentencia, &c.

SENTENTIA, IN QUA DECLARATUR *locum non eſſe nullitati.*

¶ ,, Viſto eſte proceſſo, &c.

14. ,, Fallo, atentos los Autos, y meritos
,, de eſte proceſſo, que de la nulidad pedida,
,, y alegada por parte del dicho Geronymo,
,, no hay lugar de derecho, por lo que de eſte
,, proceſſo reſulta: y porque el dicho Gerony-
,, mo probò, lo que en eſte caſo probar le con-
,, venia: en cuya conſequencia debo mandar,
,, y

(d) Juxta text. in cap. *Fraternitatis*, de *Frig. & malef.* & in cap. 2. de *Purgat. canon.* & in leg. fin. Cod. de *Sent. quæ ſine cert. quant.* & in leg. 1. Cod. de *Sent. & interl. omn. judic.* quam notant Bart. & Paul. de Caſtro, ibi, & Lanfr. de Oriano cap. *Quoniam contra*, verb. *Interlocutoriæ*, n. 54. de *Probat.* & eſt text. in leg. 2. tit. 26. Part. 3.

(e) Ut in leg. 1. Cod. *Quand. provoc. non eſt neceſ.* & in leg. 4. tit. 26. Part. 3.

(f) Juxta text. in leg. 2. tit. 17. lib. 4. Recop. & tradit Avend. in declarat. leg. 4. & 5. tit. *De las excepciones*, lib. 3. Ordin. n. 58. & Did. Per. in leg. 2. tit. 5. lib. 3. Ordin. in gloſſ. 1. in princip.

(g) In Pract. Quæſt. cap. 25. n. 4.

(b) Secundum Bald. in leg. *Contra majores*, Cod. de *Inoſ. teſtam.* Ang. in leg. *Paulus*, §. *Hæres*, col. 1. in fin. ff. de *Uſur.* Hyppol. in ſingul. 152. & Didac. Perez ubi ſupr.

(i) In Pract. Quæſt. cap. 14. n. 7. & 8. & in cap. 25.

(j) Tradunt etiam Præpoſitus, & Franc. in cap. *Dilecto* de *Appel.* Didac. Per. ubi ſupr. & habetur in tit. 26. Part. 3. & in leg. 12. & 18. & 25. tit. 2. Part. 3. & aliqua per Monterroſ. in ſua Pract. in ſecundo Tract. fol. 13. in fin.

,, y màndo, que la dicha mi ſentencia ſe cum-
,, pla, y guarde, y execute, como en ella ſe
,, contiene: y por cauſas, que à ello me mue-
,, ven, no hago condenacion de coſtas. Aſsi
,, lo pronuncio, y mando por eſta mi ſenten-
,, cia, juzgando, &c.

Si verò à prædicta ſententia diffinitiva appellatum fuerit, & à ſententia, in qua denegata fuit nullitas, & appellatio fuerit proſecuta: tunc pro cognitione praxis, quæ obſervatur in inſtantia appellationis, recurrendum erit ad Sextam Partem hujus primi Tomi, ubi agimus de ſecunda inſtantia; cæterum, ſi appellatum non fuerit, vel jam quòd fuit, remanſit deſerta appellatio, ita quod ſententia debeat executioni mandari, tunc pro cognitioni praxis, quæ obſervatur circa prædictam executionem, recurrendum erit ad quartam Partem hujus primi Tomi, ubi latè agimus de via executiva.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SECUNDA PARS HUJUS PRIMI TOMI,

DE ORDINE, ET FORMA PROCEDENDI contra reum contumacem in cauſis civilibus.

SUMMARIA SECUNDÆ PARTIS PRIMI TOMI.

1 *Actori contra reum contumacem quam plura remedia à jure præſtantur.*

2 *Si actori per unum remedium, quod elegit, non fuerit ſatis proſpectum, aliud eligere poterit.*

3 *Si actor elegerit capturam perſonæ, poteſt, incuſata rei contumacia, mandatum petere, ut reus capiatur, vel ejus bona vendantur.*

4 *Actor, ſi eligat, ut procedatur ad ſententiam, procedendum erit.*

5 *Communi jure, & Eccleſiaſtico proceditur ad ſententiam, ſi actor velit, ita demum, ſi contumax fuerit reus poſt litem conteſtatam.*

6 *In foro ſæculari, & Regio Jure proceditur ad ſententiam, ſi actor petierit, etiamſi reus ante litis conteſtationem contumax fuerit.*

7 *Differentiam inter forum Eccleſiaſticum, & ſæcularem primi, & ſecundi decreti ponit Auctor.*

8 *In foro Eccleſiaſtico peremptoria citatio eſt neceſſaria, ut procedatur admiſsionem in poſſeſsionem.*

9 *In foro ſæculari, ut procedatur admiſſionem, unica tantum citatio requiritur.*

10 *In perſona rei debet fieri iſta citatio in foro ſæculari, ut procedatur admiſsionem.*

11 *Judices, qui* del Crimen *appellantur, cum cognoſcunt de cauſis civilibus, ut procedant admiſsionem, ſufficit, quod faciant citari reum ad domum ipſius.*

12 *In foro Eccleſiaſtico ſufficit, quod reus compareat intra annum, & reſarciat expenſas, ut audiatur.*

13 *Regio Jure tenetur reus contumax intra unum menſem comparere, & expenſas reſarcire, ut audiatur, quando actione perſonali fuit actum.*

14 *Quando actor fuerit miſſus in poſſeſsionem ex actione reali, reus comparere debet intra duos menſes.*

15 *In foro Eccleſiaſtico, ut actor efficiatur verus poſſeſſor in actioni perſonali, miſſus eſſe debet ex primo, & ſecundo decreto.*

16 *Miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto non eſt neceſſaria de Jure Regio, quia elapſo uno menſe in actione perſonali, & duobus in reali, miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto efficitur verus poſſeſſor à lege.*

17 *Reus debet citari iterum, ad interponendum ſecundum decretum, ſicut fuit citatus ad primum decretum, attento Jure Canonico, ſecus verò de Jure Regio.*

18 *Debiti cognitio, quæ præcedere debet* in